
№ 425

£ 1.6.6.
2. Febry 1790.

1,00

S.26.in 8.17

Vom Groen

Hofflins [illegible]

von

Johann [illegible]

SPECIMEN

VERSIONUM DANIELIS COPTICARUM

NONUM EIUS CAPUT

MEMPHITICE ET SAHIDICE

EXHIBENS

EDIDIT ET ILLUSTRAVIT

FRIDERICUS MÜNTER HAFNIENSIS

A. M. ARC. ET SOC. VOLSC. VELIT. SOD.

ROMAE CIↃ IↃCC LXXXVI.

APUD ANTONIUM FULGONIUM

PRAESIDUM ADPROBATIONE .

PRAEFATIO

§. I.

POSTQUAM litterae copticae Athanasii maxime Kircheri curis innotescere coeperunt, omnium fere, qui iis curam navabant, studia in eo versabantur, ut libros sacri codicis aegyptiace versos publici iuris facerent. Praecipuas inter eos obtinuerunt laudes editores psalterii coptici (*a*) & Wilkinsius, cuius studio pentateuchus integer (*b*) novumque testamentum (*c*) ex codicibus per Italiam, Galliam, Angliamque sparsis, typis descripti sunt. Qui cum vita esset defunctus, neminem quidem successorem habuit qui ceteros quoque sacri codicis libros, quos tantum non omnes in bibliothecis exstare notum est, publicas-

(*a*) Editio Theodori Petrei 1663. Romana 1743.
(*b*) Oxon. 1732. Quam tamen editionem videre mihi nunquam contigit.
(*c*) Oxon. 1716. 4.

set. Erant tamen semper viri docti, qui aut ex litteris copticis antiquitati Aegyptiacae non sine successu lumen afferre conarentur, aut ipsam linguae cognitionem editione librorum ecclesiae Aegyptiacae liturgicorum, observationibus porro grammaticis, & lexicis amplificarent. Eminent inter eos La-Crozius, Scholzius, Woidius, Tukius denique, & Calusius, quorum studiis tanta linguae copticae lux affulsit, ut iterum nata ac plane nova ex manibus eorum prodiisse videatur. His enim, ut cetera taceam, factum est, ut altera nobis linguae dialectus, qua in Aegypto superiore utebantur, innotesceret. Quamvis enim Wilkinsius in nonnullis bibliothecae Huntingtonianae codicibus (a) eam observaverit; tamen, cum eam non intelligeret, accuratior eius notitia nostro demum aevo a fatis reservata esse videtur, cum non solum Londinum & Venetias (b), sed Velitras praecipue in ornatissimum museum Stephani Borgiae, doctissimi humanissimique praesulis, plurima

(a) Codices Aegyptii Naniani a Mingarellio editi. fasc. II. pag. 4.

(b) Vide integrum doctiss. Mingarellii librum.

rima fragmenta ſahidice exarata ex Aegypti ſuperioris coenobiis antiquiſſimis adlata ſint : ex quibus praeter fragmenta Naniana a Mingarellio edita, acta Sancti Coluthi iam prodiere (*a*), inſigne vero, idemque antiquiſſimum evangelii Iohannis fragmentum graeco copticum mox proditurum eſt ; utrumque Auguſtini Georgii in hac litteraturae orientalis provincia facile principis, opera ſtudioque illuſtratum. Dolendum tamen eſt plurimam codicum iſtorum partem ſingulis tantum quaternionibus & quinternionibus contineri, quos Arabes Copritaeque, quibus ad coenobia ſuperioris Aegypti, quorum bibliothecae antiquitus iam ex vitis Ss. monaſterii Tabennenſis notae ſunt, aditus patet, ex voluminibus integris miſere divellunt ; quo porro fieri ſolet, ut eiuſdem libri fragmenta vario tempore Europam advehantur. Verum ex his ipſis cerni facile poteſt quanta in Aegypto ſuperiore eſſe debeant litterarum cimelia, quantaque imprimis antiquitatum eccleſiaſticarum monumenta,

 forſe

(*a*) Romae 1781.

forſe quoque illorum, quos Aegyptus genuit fovitque Sectariorum, Arianorum imprimis & Gnoſticorum, reliquiae; ex quibus duae iam Sahidice exaratae Oxonii adſervantur (*a*). Ad quae omnia Savarii nuper ex Aegypto reducis facti, teſtimonium, plurimos ubique codices graeco-copticos aut arabico-copticos haberi (*b*); eiuſque de Siccardo narratio accedit, qui ingentem voluminum copiam, characteribus ut aiunt baſilidianis exaratorum, in turre quadam vetuſta prope Alexandriam repertam, ne artis magicae inſtitutiores conſervarentur, cremari iuſſit (*c*). Cui adhuc noſtris quoque diebus ſimile quid accidit, cum ex quingentis voluminibus papyraceis, anno abhinc octavo prope pyramidas in ſubterraneis, quae catacumbas dicunt repertis, unicum tantum ex incendio evaſerit, quod inter pre-

(*a*) Cod bibl. Bodlei. 393. *de litteris graecis*, Gnoſticam, alius apud cl. Askew cui titulus: *Tomus ſecundus fidelis ſapientiae* Valentinianam exhibet doctrinam. vid. Didymi Taurinenſis rud litt. copt. p. 19.

(*b*) Lettres ſur l'Egypte par M. Savary 1786. vol. III. p. 56.

(*c*) Lettres ſur l'Egypte vol. I. p. 73.

pretiosissima musei sua monumenta Stephanus Borgia v. cl. reposuit (a).

Paucis hisce praemissis ipsum consilium praefationis nostrae exponendum est, qua brevem primam notitiam librorum V. & N. Testamenti, in utraque Aegypti dialecto hactenus repertorum dabimus, de fontibus porro ex quibus haustae sunt versiones, earumque aetate, & de indole versionum Danielis quarum specimen exhibemus, coniecturas iudiciumque nostrum exponemus: ultimo denique loco nonnullas in linguam copticam usumque eius criticum observationes adiiciemus.

§. II.

Duplicem sacrae scripturae in ecclesia antiqua aegyptiaca exstitisse versionem; alteram memphiticam, alteram autem sahidicam, ex voluminibus in utraque dialecto

 exa-

(a) Charactere minusculo cursivo exaratum est volumen hoc papyraceum, ita tamen lectu difficile, ut hactenus, utrum graecum, an vero copticum exhibeat textum, nulli constet.

exaratis, constat ; neque, quamquam in bibliothecis nostris variorum librorum desint exemplaria, cum tamen tot in Aegypto essent coenobitae atque episcopi qui graece nescirent, ipsaque coptica versio inter cultus divini solemnia post lectionem textus graeci in gratiam vulgi recitaretur (*a*), integrum sacrum codicem in utraque dialecto versione donatum exstitisse, dubium esse potest.

Praeter enim pentateuchum, psalmos & novum testamentum, quod ante hos sexaginta & quod excurrit annos memphitice editum est, Esaiam, Ieremiam, & 4. libros regum in bombycino codice bibliothecae Sac. Congreg. de propaganda fide, Ezechielem autem integrum in bibliotheca regia Parisiensi superstitem esse (*b*), in eademque, sicut quoque in bibliotheca Angelica Romae duodecim prophetas minores, una cum Danie-
le

(*a*) Renaudotii liturgiae orientales tom. I. pag. 203. seq. ubi scala antiqua linguae copticae Parisiis in bibliotheca regia asservata, laudatur. Morem istum, sacram scripturam graece & coptice recitandi, *ante* invasionem Arabum obtinuisse, vel ex eo patet, quod *postea* lectiones biblicae coptice, & *arabice* recitatae sunt.

(*b*) Lexicon Lacrozianum, in praef. cl. Scholzii.

le haberi, nobis constat (a). Dolendum est imprimis Ieremiae nondum vulgatum esse integrum volumen memphiticum, cum ex Tukio pag. 245. pateat, versum prophetae a Matthaeo XXVII. 9. 10. citatum, & hactenus frustra in hebraicis graecisque exemplaribus quaesitum, in utraque versione coptica haberi. Ex quo probabilis fit coniectura, tertiam & fortasse aegyptiacam illam prophetae superstitem esse recensionem, in aliis quoque locis a recensionibus hucusque cognitis graecis, quae plurimum iam ab hebraico textu differunt, diversam.

Quod autem ad sahidicam, alteram sac. cod. versionem copticam, attinet, pauca sunt quae de ea dici possunt, cum hactenus nullus prope integer habeatur liber, neque nisi ex fragmentis maioribus minoribusque coniecturae duci queant. Refertissima quidem est grammattica Tukii cita-

(a) Totum quidem vetus testamentum arabo copticum Romae in bibliotheca Collegii Maronitici haberi, Adlerus in itinerario suo litterario asserit; sed cum codex in ista bibliotheca haud reperiatur, aequivocatione quadam ad hunc errorem inductum fuisse oportet. (Vid. Adleri Biblisch Kritische Reise nach Rom p. 183.)

tatis sahidicis, ac plurimorum utriusque testamenti librorum exhibet fragmenta: desiderantur tamen ex Levitico, Iudicibus, libro IV. regum, libris Paralipom. Ezechiele, Michaea, Nahum, Habacuc, Obadia, Malachia, Esdra, Nehemia, Macchabaeis, Susanna & libro Baruch, (qui tamen procul dubio Danieli & Ieremiae iuncti sunt). In membranis vero Borgianis multa sunt & horum & aliorum librorum fragmenta, quorum, concessa nobis a doctissimo praesule facultate, adiunctis iis, quae Mingarellius ex codicibus Nanianis publicavit, catalogum dabimus (*a*). Quae porro fragmenta Woidius

(*a*) *Codices Borgiani V. T.*

1. Levitic. VII., 34. - XI., 12.
2. Iosuae XV., 7. - XVII., 1.
3. I. Sam. (sive I. Reg.) VI., 11. - X., 3.
4. Id. XXII., 21. - XXIII., 7.
5. Id. XXIV., 21. - XXV., 26.
6. II. Sam. (sive II. Reg.) II., 10. - III., 39.
7. Id. VI., 5. - X., 16.
8. Id. XI., 23. - XV., 2.
9. Id. XVIII., 1. - 12.
10. Id. XXI., 14. - XXII., 11.

11. Psalm.

dius Londini habeat, nondum cognitum est. Ampla tamen ea esse, & plusquam tertiam N. T.

---

11. Psalm. xv., 9. - xvi., 8.
12. Ps. xxxi. 6. - xxxiv., 3. cum scholiis.
13. Proverbia prope integra.
14. Ecclesiastes integer.
15. Iob. paucis in fine deficientibus.
16. Esaias xvi., 6. - xix. fin.
17. Ezechiel xviii., 24. - xxi. 9.
18. Id. xxvi., 21. - xxx. 13.
19. Daniel viii., 18. - ix. fin.
20. Aggaei ii., 5.-24.
21. Zacchariae iii., 9. - ult. verb. cap. v.
21. Tobiae iv. finem.

N. T.

(1) 1. Matth. vii. 7. - x. 11.
2. *Id.* xxii. 6. - xxiii. 10.
3. *Id.* xxiii. 15. - xxv. 19.
4. *Id.* xxvii. 23. 24.
5. Marci xv. 6. - 24.
6. Luc. I. 1. - II. 51.
7. *Id.* viii. 36. - ix. 41.
8. *Id.* xii. 39. - xiv. 9.
9. *Id.* xxiii. 14. - 25.
10. Ioannis vi. 28. - viii. 23. graeco copticum, cedro dignum, omnium antiquissimum; Rmo P. Aug. Georgio iudice iv. aut v. saeculi: cuius variantes lectiones in biblioth. orientali goettingensi publici iuris fecit eruditiss. Hwiid Professor hafniensis, praeter ea, quae in specimine cod. samar. barber. de insigni illo fragmento iam disputaverat. De quo consulendi sunt praeterea cl.

N. T. partem continere (*a*) ex litteris eius ad Mingarellium datis videre licet. Neque amplius, codicis alexandrini editione nuper absoluta, cui cod. vatic. collationem a Rich. Bentleyo olim iam institutam iunxit, illorum editionem reipublicae litterarum invidebit. Continebit illa

---

cl. Abbas du Coutant de la Molette, in opere inscripto *Traité sur la poésie & la musique des hébreux*, Adlerus noster *in itinere litterario* & doctiss. Gabriel Fabricy *in diatribe critica ad calcem speciminis variorum lectionum sac. textus Bernardi de Rossi* v. cl. apposita, & seorsim quoque edita: cuius denique collationem dabit amicissimus Andreas Birch Hafniensis, in splendida, quam sub auspiciis augustissimi Danorum Regis parat N. T. editione critica.

11. Io. XII., 37. - XIV., 20.
12. Id. XVI., 10. usque ad finem evangelii.
13. I. ad Corinth. IX. 9. - XII., 22.
14. I. ad Thessal. I., 10. - II., 13.
15. II. ad Thessal. I., 10. - II., 13.
16. I. ad Timoth. I., 13. - IV., 1.
17. Ibid. VI., 5. - finem.
18. II. ad Timoth. I., 1. - 16.
19. Ad Hebraeos IX., 2. - 10.

Ex codicibus vero Nanianis.

1. Ierem. XIII., 14. - XIX. 19.
2. Matthaei XVIII., 11. - XXI., 15.
3. Ioannis IX., 17. - XIII., 11.

(*a*) Aegypt. cod. reliqu. fasc. I. praefationis p. 5.

illa viri doctiſſimi editio praeter alia procul quoque dubio fragmenta epiſtolae Petri poſterioris a cap. 2., tres Ioannis epiſtolas, partemque epiſtolae Iudae in codice Huntingtoniano 394. una cum maxima actorum parte exaratas, ſummopere ſtudio dignas, eo quod pars catholicarum iſtarum epiſtolarum in aliis quibuſdam antiquiſſimis N. T. verſionibus haud reperiatur (*a*).

Plurima codicum copticorum ſunt ex evangeliis fragmenta, rariora ex epiſtolis. Mirum tamen eſt, hucuſque in evangeliſtariis & lectionariis eccleſiarum, quae in Europam venerunt, nullas prout ſciam lectiones actorum ſahidicas, neque niſi unicam evangelii Marci, quamquam id ex Aegypto oriundum ab eccleſia alexandrina ſingulari prorſus cultum ſit veneratione, repertas eſſe, id quod deſiderabilius fit eo quod binas ſaltem S. Marci in primaeva eccleſia olim extitiſſe recenſiones; praeter loca S. Hieronymi (*b*) S. Gre-

(*a*) Aegyptiorum cod. reliq. faſc. II. p. 4.

(*b*) „ Aut enim non recipimus Marci teſtimonium, quod in raris fertur evangeliis, omnibus graecae libris pene hoc capitulum (ultimum) in fine non habentibus, praeſertim cum diverſa atque contraria evangeliſtis ceteris narrare videatur „ S. Hier. ep. ad Hedib.

S.. Gregorii Nysseni (*a*) & Euthymii Zigabeni (*b*), ex versione quoque armena a Wilkinsio edit. N. T. praefatione laudata, imprimis autem ex catena PP. in IV. evangelia, in Emi Cardinalis Zeladae bibliotheca Romae adservata, luculenter patet (*c*).

Harum autem recensionum alteram fuisse Palestinensem, quae textum D. Marci integrum sisteret, asserit codex in nota laudatus; alteram autem de qua haud loqui-

(*a*) S.Greg. Nyssenus in orat. secunda de resurrectione. Ἐν μεν τοις ακριβεστεροις το κατα Μαρκον ευαγγελιον μεχρι τȣ εφοβουντο γαρ, εχει το τελος· ἐν δε τισι προσκειται καὶ ταυτα· ἀναστας δε πρωι πρωτη σαββατων εφανη πρωτον Μαρια Μαγδαληνη αφ ης εκβληβανκει επτα δαιμονια.

(*b*) Euthym. Zigab. ad Marc. XVI. 8. „ timebant enim „. Quidam autem interpretum asserunt, hoc in loco completum esse Marci evangelium: quae vero sequuntur, recentiorem esse additionem.

(*c*) Παρα πλειστοις ου κειται ταυτα επιφερομενα, quae nempe post v. 8. cap. XVI in Marco leguntur: εν τω κατα Μαρκον ευαγγελιω ως νοθα νομιζουσι αυτα τινες ειναι· ἡμεις δε ἐξ ακριβων ἀντιγραφων, ὡς ἐν πλειστοις ἑυροντες αυτα ΚΑΤΑ ΤΟ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΑΙΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΜΑΡΚΟΥ, ὡς εχει η ἀληθεια, συντεθεικαμεν, καὶ την εν αυτω επιφερομενην δεσποτικην αναστασιν μετα το, εφοβουντο γαρ. Cod. est membr. optimae notae, Saec. XII. exaratus, textumque IV. evangeliorum, una cum catena ex variis Ss. Patribus concinnata exhibet. Ex quonam autem haustus sit locus hic, ignoro, cum nulli in catena citentur patres.

quitur, Alexandrinam putandam esse, vix dubitari potest. Praeferunt quidem S.Gregorius & Hieronymus codices in quibus ultimi evangelii versus desunt; neque videtur Hieronymum codices graecos hoc in loco integros tractasse: versio tamen memphitica, sicut nunc est, textum vulgarem sequitur: ex quo, tertio saltem saeculo, ni postea ultima evangelii pars versioni addita sit, receptam D. Marci lectionem ab ecclesia alexandrina pro genuina habitam fuisse patere videtur. Mihi, cui non est consilium de hisce rebus differendi, paucis rem ipsam attigisse, locumque Catenae, prout sciam ineditum, indicasse sufficit. Clarior lux iis tunc demum affulgebit, cum integra evangelii versio sahidica reperietur.

§. III.

Constans est, & ubique recepta opinio, versionem V. T. memphiticam hactenus cognitam, LXX. viralem versionem graecam expressisse. Id quod, ut cetera taceam, ex magno quoque vocabulorum graecorum numero ex versione

graeca in textum copticum translatorum, & ex toto verſionis inſtituto clarius evincitur. Neque dubium eſt, idem de verſione ſahidica aſſerendum eſſe, ubi primum magis nobis cognita erit. Ex illis tamen, quae hactenus eius fragmenta nobis innotuere, utrumque interpretem eundem textum non ubique ſecutum fuiſſe patet; ſed duas, aut plures extitiſſe recenſiones graecas, quarum aut veſtigia preſſerit, aut lectiones elegerit, certum eſt. Adeat lector ſi tanti eſt, Scholia noſtra ad calcem editionis IX. capitis Danielis ex utraque verſione addita, ubi diverſitatem lectionum, varianteſque verſionum ſedulo notavimus. Plura quoque eiuſmodi in Tukio facile reperientur exempla. Quibus ſi addas, idem quoque de novi teſtamenti verſionibus aſſerendum eſſe (*a*), no-

(*a*) Quod, ut uno ſolum, eoque claro utar exemplo, loco celeberrimo I. ad Timoth. III., 16. confirmatur; ubi de genuina lectione Θεος εφανερωθη εν σαρκι lis eſt inter criticos, diverſas in partes abeuntes: habet enim memphitica verſio ⲫⲏⲉⲧⲁ ϥⲟⲩⲱⲛϩ ϧⲉⲛ ϯⲥⲁⲣⲝ qui (ſeu quod) manifeſtatus (manifeſtatum) eſt in carne. Probat

novum iam, eundemque minime ſpernendum oriri teſtem, in examine genuinae lectionis cum reliquis antiquiſſimis ponderandum, evincitur; ex quo novum quoque arti criticae naſcitur incrementum, omnibus qui in ſacra exegeſi verſantur, procul dubio gratum.

Quas vero textus graeci recenſiones ſecutae ſint verſiones noſtrae copticae: an aliquam ex cognitis fideliter exprimendam ſibi elegerint interpretes, nec ne, haud ita facile eſt diiudicare. Ex illa, quam reliquis melius noſcimus, Danielis interpre-

---

Probat igitur, lectionem graecam ὅς ſeu ὅ, loco θεος; dubium enim eſt genus τȣ ⲫⲏⲉⲧ: altera contra, Sahidica nempe, cuius eximium fragmentum Borgianum R.P. Auguſtino Georgio iudice, IV. aut ſaltem V. ſaeculo exaratum, hunc epiſtolae ad Timoth. exhibens locum, lectionem θεος clare indubitanterque expreſſit; iis verbis:

ⲡ̄ⲧ ⲙⲛ̄ⲧ ⲛⲟⲩⲧⲉ ⲡⲁⲓ ⲛⲧⲁϥⲟⲩⲱ// ⲛϩ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̄ ⲧⲥⲁⲣⲝ. Deus manifeſtatus eſt in carne: contra auctoritatem quidem codicis alexandrini, & primae verſionis ſyriacae; ſed cum codice alexandrino ſit antiquior verſio ſahidica, auctoritatem in determinandis lectionibus habet illi ſaltem aequalem.

pretatione memphitica, Theodotionis versionem, quam post Origenis tempora, reiecta versione septuaginta virali, ob nimiam illius a textu hebraico diversitatem, ecclesiae receperunt, fundamentum quidem copticae versionis sistere constat; haud vero, quam ex pluribus istius textus exhibeat recensionem; vel an certam quandam secuta sit, an vero ex pluribus meliora elegerit, definiri potest. Saepe enim codicem sequitur alexandrinum, quem non solum Alexandriae exaratum, sed ecclesiae quoque alexandrinae inserviisse, ex internis quibusdam criteriis suspicantur editores voluminis bibliorum graecorum a Grabio ex ipso alexandrino codice descriptorum (*a*). Atta-

(*a*) Praeter graecitatem alexandrinam, quam codicem alexandr. magis quam reliquos των O' codices redolere, ex dialecto ionica, cui lingua alexandrina proxime accessit, ionicaque ipsarum vocum scriptione, asserunt editores codicis alexandrini, codici quoque addita sunt varia antiquitatis ecclesiasticae monumenta, ex quibus illum ad ipsam patriarchalem ecclesiam alexandrinam pertinuisse patere videtur; inter quae praecipuum locum merentur, genuina S. Athanasii ad Marcellinum epistola de psalmorum praestantia & usu Odae ad calcem psal-

tamen in eadem memphitica versione haud desunt loca, in quibus textum LXX. vir. editionis romanae, aldinae complutensisque praefert, aut ad ipsum fontem accedens hebraicum, accuratius quam graeci editores exprimit. Eadem quoque memphitica Danielis versio a sahidica differt adeo, ut utramque ex eodem fonte haud derivatam esse posse satis appareat: quod & utrique versioni maiorem tribuit auctoritatem atque fidem, & argumento esse potest, non recensionem Theodotionis Origenianam secutos fuisse interpretes copticos; sed eos, aut ex variantium lectionum comparatione, linguaeque hebraicae cognitione, magna licet semper Theodotioni fide habita, versiones suas vere criticas concinnasse; (quod tamen ex indole ipsius linguae, & simplicitate illorum,

qui-

psalmorum adnexae, inque usum ecclesiasticum στιχηρῶς dispositae; Macchab. libri III. & IV. in reliquis Orientis ecclesiis praeter alexandrinam haud lecti, denique hymnus eucharisticus magnus, cuius in ecclesia alexandrina vulgatissimum fuisse usum constat; atque psalmi quidam, Salomonis nomine insigniti, qui alexandrinam maxime sapiunt dialectum. De quibus omnino ea conferenda, quae in praefatione laudata disputata sunt.

quibus procul dubio versiones tribuendae sunt, & ex summa ipsius gentis aegyptiae, ex qua nulli nobis innotuere homines vere docti, barbarie, haud ita magnam veritatis praeseferr speciem): aut, duas praeter illas quas habemus, in Aegypto extitisse recentiones textus graeci, ex quibus interpretes hauserint. Cui autem sententiae S. Hieronymi testimonium favere videtur, qui in praefatione sua ad libros Paralip. expressis docet verbis: *Alexandriam & Aegyptum in septuaginta suis Hesychium laudare auctorem*: ceterosque ibidem Sacrae Script. recenset editores, Origenem nimirum & Lucianum, quorum exemplaria in provinciis ecclesiae graecae auctoritatem publicam nacta essent. Sed quaenam in edendo textu graeco post immortalia Origenis merita fecerit Hesychius iste, quem episcopum cuiusdam Aegypti urbis (a) Martyremque sub Diocletiano fuisse censent viri docti, & quos secutus sit cano-

(a) R.P.G.Fabricy, des titres primitifs de la révélation. vol.II. p.59. seq.

canones criticos in edendis emendandisque versionibus septuaginta senum; id, cum paucae admodum supersint de opere hesychiano notitiae, parum nobis constat. Ex loco quidem S. Hieronymi iam citato: *Alexandriam & Aegyptum in septuaginta suis Hesychium laudare auctorem*, illos codices, quos alio loco nuncupat S. Doctor (*a*), Hesychianam exhibuisse recensionem coniici posse videtur. Quamvis autem nullum exinde nascitur criterium caracterum illorum internorum, quibus alexandrini isti codices a reliquis

(*a*) S. Hieronymus comment in Isaiam lib. XVI. ad cap. LVIII. ver. 11. *Quod in alexandrinis exemplaribus* in principio huius capituli additum est ., & adhuc in te „ erit laus mea semper. Et in fine„& ossa tua quasi herba „ orientur & pinguescent, & haereditate possidebunt „ in generationem & generationes„ in hebraico non habentur, sed ne in septuaginta quidem emendatis & veris exemplaribus: unde obelo praenotandum est„. Ex quibus verbis colligi posse videtur, loca in hesychianam editionem, si quidem eadem esse coniici potest, quae alexandrina, irrepsisse, quae acutior ars critica haud probaverit; illamque, aut nulla in distinguendis variis lectionibus, atque additamentis adhibuisse signa diacritica, aut saltem illa in locis quoque maioris argumenti passim omisisse.

liquis distinguebantur, cum id tamen affirmari posse videtur, exemplaria graeca, quo propius ad hebraica adcederent, iterum ab Hesychio emendata fuisse; haud vero (quam alii habuere opinionem) novam plane ab illo confectam fuisse V. T. versionem. Quam quidem Hesychii editionem per ecclesias Aegypti publicam quandam habuisse auctoritatem, S. Hieronymus docet, qui tamen illam haud ita probasse videtur (*a*). Ceterum nostri non est consilii, quaestionem toties agitatam, utrum hesychiana editio in codice alexandrino aliisve celebriorum V. T. codd. conservata nobis sit, an vero penitus interciderit? iterum expendere (*b*). Liceat tamen

(*a*) S. Hieronym. in ead. Praef. ad Paral. „ Nunc vero cum pro varietate regionum diversa ferantur exemplaria, & germana illa antiquaque translatio *sit corrupta atque violata*, Alexandria &c. = id. in praef. in evangelistas ad Damasum Pont. Praetermitto eos codices, quos a Luciano & Hesychio nuncupatos paucorum hominum asserit perversa contentio, quibus utrique nec in Vet. instrumento post septuaginta interpretes emendare quid licuit., nec in novo profuit emendasse; quum multarum gentium linguis ante translata doceat esse falsa, quae addita sunt „.

(*b*) Adeant Lectores praefat. bibl. Oxon. vol. II. proposit. XIII.

tamen coniecturam exponere, cui ipsa S.Hieronymi verba: *Alexandriam & Aegyptum Hesychium laudare auctorem*, favere videntur; recensionem nimirum sacri codicis hesychianam in una alterave versionum copticarum nobis superesse: quas cum publica antistitum auctoritate, aut confectae, aut saltem in ecclesiis receptae sint, textus quoque ab ecclesia Alexandrina probatos secutas fuisse cuique patebit. Nihil tamen certi, priusquam plures V. T. libri in utraque editi sint versione, hac de coniectura definiri poterit: imprimis cum praeter fragmenta Tukiana, unicum Ieremiae a Mingarellio v. cl. edito, & Danielis illud, cuius edendi curam suscepimus, nullae plane exstent sahidicae V. T. reliquiae typis descriptae. Quae autem de Hesychio diximus, ea & plerumque asserenda sunt de S.Luciano Martyre, ecclesiae antiochenae presbytero & Hesychii aequali, qui aliam celeberrimam adornavit sac. textus editionem, cuius num su-

 per-

posit.XIII. R.P.G.Fabricy in libro indic.vol.II.p.54. - 90. ubi quae hoc de argumento dici possunt clare exposita invenient.

perſint reliquiae,nec ne,valde eſt dubium (a). Ex quibus omnibus patet: nulla pene hactenus haberi ſubſidia externa in verſionibus copticis illuſtrandis; omnia autem ex ipſo earum ſedulo examine derivanda eſſe: id tamen certo aſſeri poſſe, ſecundum diverſa confectas illas eſſe exemplaria, ita ut duplicem & diverſum ſiſtant textum; atque in alexandrina & coptica eccleſia non heſychianam ſolum, ſed alias quoque receptas fuiſſe olim των O' recenſiones; duas nimirum ab utroque interprete coptico expreſſas, illamque, quam exhibet codex alexandrinus; ſi oxonienſibus editoribus ab heſychiana editione illum diverſum eſſe aſſerentibus, fides eſt habenda. Sed ſatis ſuperque iam in tanta rerum inopia hoc de argumento diſputatum eſt, cui librorum ſac. cod., qui in bibliothecis latent, editiones & illuſtrationes; caſuſque fortuiti, qui magnis ſaepe rebus occaſionem praebent, maius forſan lumen aliquando dare poterunt.

§. IIII.

(a) Vid. de S. Luciano quoque quem laudavimus R.P. Fabricii locum,

§. IIII.

Accedo iam ad aliam disputationem de antiquitate versionum copticarum: in qua primo, quae hucusque eruditis de ea visa sunt, & auctoritates quibus fulti sunt, paucis adducendae mihi erunt: tunc autem ex accurata earum disquisitione & inter se comparatione, & ex novis quae aetas nostra protulit litteraturae copticae incrementis, meum de iis qualecunque iudicium exhibendum erit.

I. Omnes quidem ecclesiae doctores, qui vitam S. Antonii, coenobitarum in Aegypto, immo per universum orbem parentis enarrant, in eo conveniunt, illum, quamquam nullius praeter vernaculam linguae gnarus esset, lectiones tamen Sacrae Scripturae in ecclesia recitatas audiisse, summoque semper studio sacras litteras coluisse. Fuerunt praeterea, ut ex historiae ecclesiasticae scriptoribus, actisque Sanctorum constat, tot alii deserti Thebaidis Anachoretae sermonis graeci plane ignari, quorum tamen semper summum studium in legendis sacris voluminibus versabatur: quin etiam conciliis, Ephesino & Calce-

donensi interfuisse episcopos fertur, qui, cum graece nescirent, actubus synodicis aegyptiace subscripserint (a): quos tamen sacrum codicem legisse, in homiliis ad populum interpretatos fuisse, caeterisque sacrae liturgiae officiis rite functos esse, in dubium revocari omnino nequit. Consuetudinem praeterea antiquae ecclesiae aegyptiacae fuisse, sectiones sacri textus graece in concione lectas, coptice quoque interpretari, superioribus iam ex Renaudotio notavimus.

Quamvis enim incertum esse contendat Renaudotius, utrum versiones illae ore statim traditae, an vero ex codice recitatae fuerint, litterisque mandatae; hoc tamen dubium ex summa primarum ecclesiarum erga sacros codices religione, & ex ipsa linguae copticae indole facile amoveri potest. Linguae enim valde excultae, uti erat & graeca & latina, est character distinctivus, ut verba unius facile in alteram transferri possint; atqui cum graecus sermo in copticos Soloecismos vertendus erat, illud ex improviso fieri potuisse, nemo facile crediderit. Ex

(a) Auctor mihi est Renaud. liturg. orient. l. p. 206. ipsas vero subscriptiones in actis Conciliorum frustra quaesivi

Ex qua ſequi videtur, lectorem eccleſiae verſionem manu exaratam ob oculos iam habuiſſe. Dubia autem quae ex ſilentio Clementis Alexandrini, Origenis & Cyrilli de verſione aegyptiaca contra aetatem illius ad prima haec eccleſiae tempora revocandam, moveri poterunt, illa, ſicut fere omnia alia eiuſmodi argumenta ex ſilentio auctorum ducta, levia ſunt; cum praeterea etſi totius ſac. codicis verſionem ſaeculo poſt Chriſtum natum ſecundo abſolutam fuiſſe negaveris, certo tamen indubitanterque ex antiquis liturgiis conſtet, illos ſaltem libros, quos eccleſiae ubique lorum legerent, Pſalterium nimirum, Evangelia, libroſque, ſub nomine *Apoſtolus* comprehenſos coptice exſtitiſſe, & a primaevis inde eccleſiarum copticarum temporibus, quarum mater atque princeps alexandrina, apoſtolicae fuit inſtitutionis [quippe quae ex conſtanti eccleſiae traditione a D. Marco fundata erat] lectas, recitataſque fuiſſe. Suo vero tempore, ſaeculo nimirum quinto ineunte, totam Sacram Scripturam, Prophetas & Apoſtolos, in verſione aegyptiaca exſtitiſſe, teſtatur Theodoretus

tus, in illis (a) quae *de versione coptica* tradit, eo minus reiiciendus testis, quo fragmenta quoque sacrorum bibliorum ms. in bibliothecis habeantur, quorum aetas a tempore, in quo ipse floruit, haud ita remota est censenda: quae tamen fragmenta ex primis autographisque versionum exemplaribus, quae longe antiquiora essent, transcripta fuisse, nullam veritatis speciem habere videntur.

II. Expositis iam argumentis, quibus summam versionis copticae vetustatem probare licet; videndum est imprimis, quatenus cum illis quae proximis abhinc annis reperta sunt linguae copticae monumentis, conveniunt. Ac primum quidem ex iis quae

(a) Sermone V. Περὶ φυσεως ανθρωπυ. ἡμεις των αποσολικων και προφητικων δογματων το κρατος εναργως επιδεικνυμεν, πασα δε ἡ ὑφηλιος τωνδε των λογων αναπλεως, και ἡ Ἑβραιων φωνη ουμονον εις την Ἑλληνων μετεφρηθη αλλα και εις την Ρωμαιων και Αιγυπτιων, και Περσων, και Ινδων, και Αρμενιων, και Σκυθων, και Σαυροματων, και συλληβδην ειπειν εις πασας τας γλωττας αις απαντα τα εθνη κεχρημενα διατελει.

quae supra disputavi, patere arbitror, omnes recentiores, qui de versionum copticarum aetate egerunt, cum nulli eorum dialectus sahidica innotuerit, quippe quam ipsa Wilkinsii sagacitas posteritati illustrandam reliquit; de versione tantum memphitica disputare potuisse. Atqui longe alia antiquorum auctorum, quorum testimoniis utuntur, est ratio, qui cum utramque versionem, & memphiticam & sahidicam, & noscere potuerint, & absque dubio noverint, nova semper oritur quaestio, de quanam earum verba eorum intelligenda sint. Quod itaque ad versionem memphiticam attinet, ex ipsa primum de S. Antonio narratione supra allata, quam textus coptici laudatores primum argumentum putabant, arma contra ipsius memphiticae antiquitatem mutuari possunt. Sanctus enim Antonius homo plane illitteratus (*a*), Coma prope Hercleam in Aegypto *superiore* natus educatusque (*b*), vernacula procul dubio utebatur lingua sahidica, quae per totam Thebaidem obvia erat. Memphiticam vero dialectum haud

(*a*) S. Athanasii vita S Antonii. S. August. doctrinae christianae cap. IV. (*b*) Sozomeni hist. eccl. l. 13.

haud ita consonam fuisse noscimus: ex quo dubia moveri poterunt, an S. Antonius, qui graecam linguam nesciebat, quae tamen ubique in Thebaide, graecis urbibus plena, obtinuit, dialectum memphiticam calluerit? Ex Thebaide quoque, praeter sexcentos alios Anachoretas, S. Pachomius, alter vitae monasticae parens, oriundus erat (a); homo, ut Antonius, litterarum rudis, cuius tamen quaedam epistolae *Sahìdice* exaratae habentur. Neque alii, praeter sahidicos codices ex Aegypto superiore advehuntur: ex quibus saltem, in ecclesiis Aegypti superioris liturgias sacrarumque lectionum recitationes sahidice peractas fuisse, constat. Notum praeterea est omnibus, maius inter Alexandriam & Aegyptum superiorem intercessisse commercium, quam inter provincias viciniores τȣ Delta, utpote quae primis aerae christianae saeculis a Bucolis (b), po-

(a) Cavei Not. Script. eccl. litt. in vita S. Pachomii.
(b) Dio LXXI. 4. Iul capit. in Marco 21. Vulcatius in Cassio c.6. Heliodor. Aethiopic. l.2. l.5. Achilles Tatius de Amor. Clitophontis & Leucip. lib.IV. Wesseling. ad Antonini Itinerarium p.726.

populo nomadico & bellicoso, occupatae erant, qui ipsis Imperatoribus Romanis haud semel obedientiam recusarunt: cum contra urbes Thebaidis & graecae, & mixtae, praesidi Aegypti semper obedientiam praestarunt; ad quas cum Nilo plerumque adiacerent, aditus semper patebat. Inde quoque factum esse videtur, ut maior primarum ecclesiarum pars, in Aegypto proprie sic dicta, fundatarum, [Lybiae enim & Pentapoleos ecclesiae Alexandrinam quoque metropolitanam sedem agnoverunt] in superiore Aegypto sita esset, quarum accuratam, prout in tanta notionum historicarum fieri potuit penuria, recensionem in Oriente christiano Michaelis Le Quien invenies (a). Parvos quidem primis duobus saeculis in Aegypto christianorum fuisse caetus, eosque immensa gentis superstitione, turbis civilibus, Iudaeorum denique praepotentium flagitiis oppressos fuisse, viro docto facile concedendum esse arbitror. An vero quoque sententiam, quam amplexus est, Eutychii Alexandrini saeculo X. Patriar-
chae

(a) Vol. II. p. 346.

chae, nullos fuiſſe epiſcopos in reliquis Aegypti eccleſiis, quippe quae ab alexandrino antiſtite, & duodecim presbyteris pontificali auctoritate inſtructis, moderarentur, tueri poſſit, equidem neſcio.

Neque favere illi videtur celeberrima Hadriani epiſtola (*a*), qua de *Chriſti epiſcopis*, *Chriſtianorumque presbyteris* expreſſis verbis loquitur. Quem quidem locum de Gnoſticorum ſectis explicare tentat Le Quien; nemini tamen perſuadere poterit, ut, cum Gnoſticorum anteſignani, Baſilides & Carpocrates ipſo Hadriano imperante vixerint, ſectae eorum tantum iam in numerum creviſſent, quod non ſolum *epiſcopum*, ſed *epiſcopos* etiam habuerint (*b*).

Si

(*a*) Vopiſcus in Saturnino. Adeas quoque Salmaſii in hunc locum animadverſiones.

(*b*) Verba Hadriani: *Serapim colere qui chriſtiani ſunt, & devotos eſſe Serapi qui ſe Chriſti epiſcopos dicunt*, Michaelem Le Quien ad tantam de orthodoxis repellendam iniuriam moverunt. Neque, niſi, ut ſuperioribus monui, tempus obſtaret, quo Hadrianus imperavit, taxandus eſſet. Sed cum Hadrianus, ſicut fere omnes iſtius aetatis gentilium philoſophi, cultum religionemque Chriſtianorum parum noverit, facile evenire po-

Si vero ecclesiis in Thebaide fundatis aut maior tribuenda est aetas, aut saltem maior quies atque prosperitas, quam reliquis inferioris Aegypti ecclesiis, quid obstat, quo minus versioni quoque sahidicae maiorem tribuemus aetatem? Sed quis mortalium in re adeo dubia & plane incerta certi quid affirmare audebit? cum praeterea quoque definiri nequeat, an antiquiores illis, quas habemus, nullae exstiterint versiones (*a*)? cumque ex praeteritis haud reiicien-

---

potuit, ut, qualemcunque de Deo Christianorum & de Christo haberet opinionem, eam cum opinione, de Agathodaemone, qui Serapidi valde similis erat, coniungeret, eoque modo Christianis idololatriam per summam iniuriam criminaretur. Quae sententia nostra illis, quae de archisynagogis Iudaeorum & de Samaritis dicit: *neminem eorum cultui Serapis repugnare*, magis firmatur. Scire enim facile potuit, Christianos eundem colere Deum, quem Iudaei & Samaritae. Nulla vero unquam fuit Iudaeorum secta, quae vel levissimum Idololatriae dedisset indicium, aut opinionum gnosticarum, simile quid habuisset. Ceterum multa sunt, quae de Hadriani in Christianos animo dici possint, quae tamen, cum a consilio dissertationis nostrae alienae sint, alio tempori reservamus.

(*a*) In membranis Nanianis habetur locus Matth. XXV, 41. quem Tukius p. 83. aliter habet; ex quo doctiss. quo-

que

iicienda oriatur suppositio, textum hesychianum, tertio primum saeculo confectum, in una alterave versionum copticarum contineri.

Ex quibus quidem omnibus patere mihi videtur: argumenta pro summa versionis *memphiticae* vetustate hactenus allata, ubi iam alteram exstare versionem *sahidicam* constat, haud amplius pro antiquitate textus memphitici militari, solamque nobis illam ex omnibus argumentis relictam esse assertionem: *exstitisse antiquissimam quandam versionem copticam, probabiliter in alterutra illarum, quas habemus, conservatam; utramque tamen, tum memphiticam, tum sahidicam antiquioribus ceteris adnumerandam esse, & textus in ecclesia aegyptiaca receptos exhibere* (a).

§. V.

que Mingarellio orta est suspicio, praeter illam, quarum maiora habemus fragmenta, Matthaei interpretationem sahidicam, aliam quoque eiusdem fuisse in eadem sahidica dialecto versionem. Cod. Aegypt. Nan. Fasc. II. p. 231.

(a) Quae doct. Maschius in novissima, quam paravit bibliothecae sacrae Le Longii editione, de toto isto argumento disseruit, videre mihi nondum contigit. Sed docte & egregie eum de versionibus copticis disputasse, ex Didymo Taurinensi docemur.

§. V.

Sunt quoque, qui alias praeter illas, versiones copticas exstitisse contendant; inter quos primum locum merito obtinet Petrus Daniel Hvetius, in libro de claris interpretibus (*a*) communem quidem sententiam secutus, versionem copticam [de memphitica enim loquitur, utpote suo tempore sola cognita] e graecis LXX. interpretum voluminibus haustam fuisse contendens: haec tamen verbà addidit: *Quamquam & ex hebraicis etiam aliae coptorum interpretationes exstitisse creduntur*. Quae, unde hauserit, nescio. Cui sententiae similis quaedam coniectura ex verbis Theodoreti iam citatis (*b*) duci poterit. *Και ἡ Ἑβραιων φωνη ου μονον εις τὴν Ἑλληνων μετεβληθη, αλλα και εις τὴν Ρωμαιων και Αιγυπτιων*. &c. quae vero, licet versionem copticam ex ipso hebraico idiomate confectam indicare videantur, cum omnis hic Theodoreti locus obscurus sit, certum argumentum exhibere nequeunt. Attamen

C in

(*a*) Hagae comit. 1683. p 153.
(*b*) *περι φυσεως ανθρωπου*.

in priſco orbe quandam antiquiſſimae cuiuſdam verſionis pentateuchi aegyptiaci notitiam aut traditionem fuiſſe, locus Zoſimi, auctoris chemici inediti, a Cypriano tamen & Hodio citati, indicat (a). Is enim non ſolum nullam narrationis ariſtaeanae facit mentionem, de uno tantum interprete Ptolemaeo Philadelpho Alexandriam miſſo locutus; ſed eum quoque textum hebraicum in graecum ſimul & aegyptium ſermonem traduxiſſe narrat.

Locum autem ipſum ex opuſculo Zoſimi περι οργανων και καμινων, obſcura myſticaque dicendi ratione exarato, nondum vulgatum, quo lectores melius iudicent, ex codice gothano deſcribere placet. Sic vero ſcribit. „ Ταυτα δε εν ταις βιβλιοθηκαις των Πτολεμαιων εὑρηνται, ἁ ἀποθεντο εις ἑκαστον ἱερον, μαλιστα τῳ Σαραπινῳ (b), ὁτε παρεκαλεσεν Ἀσενον των

(a) Cypriani catalogus codd. mss. biblioth. Gothanae Lipſ. 1714. p. 87. ad cod. CCLXIX. Et Humphr. Hodius de bibl. textibus originalibus lib. II. cap. V. §. 9.

(a) Ita quoque Tertullianus. Apol. XVIII.: hodie apud Serapeum Ptolomaei bibliothecae cum ipſis hebraicis litteris exhibendus. [De hebraico textu, quem vertendum miſerant Hebraei, loquitur].

των Ἀρχιερεοσολυμων (*a*) πεμψοντα ἑρμηνευειν πασαντην Εβραιδα (*b*) ἑλληνιστι και αἰγυπτιστι. Zoſimum vero iſtum [ab Hiſtoriographo, gentilium cultui dedito, bene diſtinguendum] Philoſophum alexandrinum, Panopoli, Aegypti urbe clara ortum, chriſtianae religionis apologetam, variorumque operum chemicorum fuiſſe auctorem; tempore autem S. Syneſii epiſcopi & philoſophi cyrenaici floruiſſe; ex ipſis eius operibus, Photiique (*c*) & Suidae teſti-

---

(*a*) Locus corruptus, qui legi debet Σιμωνα Αρχιερεα των Ιεροσολυμων. alterum quidem ab illo diverſum quem nominat Ioſephus antiq. XII. Eleazare, habet Pontificem, ſed annis parum ab Eleazare diſtantem, cuius enim frater eſſet Simon cognomine Iuſtus. Inde paucorum haec annorum differentia notabilis non eſt.

(*b*) Falſo: nam primam hebraici textus interpretationem graecam ſolum pentateuchum exhibuiſſe, conſtat. Qua de re Samaritarum quoque teſtimonium ex libro Ioſuae Samaritano, inedito, apud Hodium adeas l.1I. c.4. §.28.

(*c*) Bibl. cod. CLXX. librum recenſet, in quo Zoſimus oſtendere voluit, Chriſtianam religionem omnibus gentibus praenunciatam fuiſſe, & ab eloquentiſſimis quibuſque in ſingulis nationibus praedicatam. Inexcuſabiles inde illos omnes inter gentes eſſe, qui divinae non ſint aſſenſi doctrinae. Taxat praeterea χυμευτικους λογους, hyemalem frigidumque eius ſermonem Patriarcha CPolitanus.

teſtimoniis colligitur (a). Neque ſatis valida ſunt dubia quae apud Fabricium (b) contra antiquitatem libri ex nonnullis vocibus chemicis poſt irruptionem primum Arabum notis, moventur, cum ſingulae voces contextui facile addi potuerint, atque alia liber habeat ſigna, ex quibus quarti aut quinti ſaeculi ſcriptum fuiſſe appareat: inter quae, ut myſticum & Neoplatonicorum phraſibus refertum ſermonem taceam, illud imprimis notandum eſt, quod de bibliotheca Ptolemaeorum, in Serapeo ſuo adhuc tempore ſuperſtite, loquatur: unde ante annum CCCXC. quo Theodoſio M. imperante, Serapaeum una cum bibliotheca combuſtum eſt; aut ſaltem, ſi locus de reliquis quoque bibliothecis intelligi debet, licet templorum quoque bibliothecae eodem circa tempore ſpoliatae erant, ante annum DCXL., quo Omar, alter a Mohammede Califa, Aegypto ſubacta, bibliothecam alexandrinam cremare iuſſit, exaratum fuiſſe hunc Zoſimi librum, iudicare neceſſe eſt.

§. VI.

(a) Suidas. ed. Kuſteri II. 2. ad. v. Ζωσιμος.
(b) Bibl. Graeca lib. VI. cap. 8. §. 1.

§. VI.

Verſionum Danielis copticarum ſpeciminum, quae exhibemus, alterum ex integro Prophetae volumine memphitice exarato, deſcriptum eſt; alterum vero damus ex fragmento vetuſto, membranaceo, unciali quem vocant charactere exarato, Borgiano, in quo pars capitis octavi, & nonum integrum habetur. Primum illud, quod humanitati R. P. Auguſtini Georgii, qua omnibus litterarum ſtudioſis favet, debemus, una cum integro Daniele & XII. Prophetis minoribus exſtat Romae in codice bibliothecae angelicae, in quam poſt obitum doctiſſimi Guillelmi Boniour, Toloſatis, translatum eſt, qui omne hoc ex codice quodam aegyptiaco, recente quidem, ſed bonae notae, Venetiis a Monteſalconio emto, tranſcripſerat. Exhibet id Danielem eo ordine, quo in verſionis theodotianae antiquiſſimis habetur codicibus, alexandrino imprimis, atque romano s. vaticano. Incipit ab hiſtoria Suſannae, praemiſſis tamen duobus prioribus verſiculis textus hebraici, qui deinde, finita de Suſanna nar-

ratione repetuntur; romanamque semper sequitur editionem. Tertio vero capiti hymnus trium puerorum in fornace ardente subiungitur, cuius in editione Theodotionis ex codice chisiano, ab aliis Theodotionis editionibus plurimum diversa, fragmenta tantum, excerptis similiora quam textui, habentur. In reliquis prophetae sectionibus eodem modo Theodotionis exprimit versionem interpres copticus; atque in fine, ut tota series historiae Danielis integra in uno volumine habeatur, addit narrationem de Belo dracone, & Daniele in lacu leonum (a). Textus in XIII. sectiones Ὁράσεις dictas, distinctus est. Ita quoque codex alexandrinus Danielem suum distinguit, mutato tamen sectionum numero & ordine.

Verum Theodotionis textum ab interprete coptico expressum fuisse, non autem versionem LXX.viralem, utriusque versionis graecae cum memphitica comparatio, facile ostendit. Ex opere praeterea, inter opuscula S. Athanasio recensito, licet, an S. Atha-

(a) Eundem ordinem sequitur Daniel Syriacus in antiquo cod. Pocokiano.vid. Hodium l.c.II. 3. §.8.

S. Athanasio tribuendum sit, iure dubitari possit, satis tamen antiquo, ordinem theodotianae versionis in prisca ecclesia lectae, eundem fuisse constat, qui & nunc in coptica versione observatur (a). Ad calcem denique libri, nova & nondum cognita additur visio, ab homine post irruptionem Saracenorum, immo *Turcarum* iam cognito nomine, vivente, exarata: de qua tamen, cum evidenter sit falsa, aetatisque adeo recentis, ne verbum quidem facere, operae est pretium. Superioribus iam §§. lectorem de reliqua huius versionis indole paucis monuimus: illam quidem textum Theodotionis ex bonis codicibus editum, continere, nullum tamen ita sequi, ut reliquorum

 omnium

(a) Athanasii Synopsis Sacrae Scripturae. Βιβλίον ΚΒ Δανιηλ. Και ουτος εν τη αιχμαλωσια γεγονεν εως τε βασιλεως Κυρου περσου. Και τα μεν κατα Σουσανναν κρινει αυτος, και κατακρινει τους πρεσβυτερους ως συκοφαντας κ. τ. λ. adeas librum in editione monachorum Congreg. S. Mauri. Parisiis 1698. Quae autem a viris doctissimis addita est nota. „ *nec in graecis, nec in latinis exemplaribus prophetia Danielis iam incipit a Susannae historia* „ id de editionibus typis descriptis, eorumque tempore vulgatis, intelligendum est; cum utrumque codicem, & vaticanum & Alexandrinum ab historia Susannae incipere, illos latere vix potuit.

omnium codicum exclusae sint lectiones; diversam porro ab illa sistere recensionem, quam exhibet fragmentum sahidicum, neque ubivis illam emendationes ex ipso textu hebraico mutuatas reiicere. De ultimis fragmenti sahidici versiculis, cuius quoque versionem graecam (cum typi coptici ad manus non essent) dedit, egregie disputavit Adlerus noster in itinere suo romano, germanico idiomate edito; interpretem enim sahidicum textum graecum illius, quem codex alexandrinus exhibet, simillimum expressisse, iudicat (a).

Utra autem harum Danielis versionum alteri sit praeferenda, quae antiquior, quae denique hesychianam habeat recensionem, peritis iudicandum relinquimus. Neque aliud praeter hoc addendum esse censemus: ex ipsis his Danielis versionibus patere; illas eo primum tempore confectas fuisse, quo, reiecta septuagintavirali, Theodotionis ubique locorum in ecclesiis recepta erat; id quod haud ita multo post tem-

(a) Adleri Kurze Veberſicht seiner biblisch Kritischen Reise nach Rom. Altona 1783. p.187. & 188.

tempora Origenis evenisse probabile est, cum ex codice chisiano, qui Danielis textum secundum LXX. interpretes, ab Origine in tetraplis, obelis, asteriscis, & reliquis signis diacriticis notatum fuisse testatur (a), clare appareat, Origenis aetate versionem septuaginta viralem saltem non omnino reiectam fuisse. Neque nobis rationes, cur dein integer Daniel LXX. senum ab ecclesiis reiectus sit, ignorare dedecori sit, cum ipse S. Hieronymus, paucis tantum saeculis post obitum Origenis ipso in Oriente florens, idem de se confessus sit: licet opinio, illud ex summa textus hebraici, quem Theodotion melius expresserit, veneratione factum fuisse, adeo sit probabilis, ut alias rationes adducere superfluum videatur. Quibus tamen, quae Simoni de Magistris, Danielis chisiani editori visa est altera causa iungenda est (b), Danielem nimirum septuaginta viralem ab Origene quidem in tetraplis receptum, deinde autem ab ipso summo viro, com-

(a) In fine enim Danielis chisiani, omnibus signis diacriticis pleno habentur verba. Δανιηλ Κατα τους Ο'. Vid. ed. Rom. p. 88.

(b) Praefat. p. 32. 33.

comperta meliore Theodotionis verſionis indole, reiectum fuiſſe, ita ut in hexaplis, octaplis quippe, & tetraplis poſterioribus, recenſionem Theodotionis receperit: quo factum ſit, ut, cum in eccleſiis magna ſemper Origeni habita fuiſſet fides, magnaque illarum pars, inter quas praecipuum habent locum Palaeſtinenſes (a) illius recepiſſent recenſionem, quam dein Lucianus, & Heſychius emendaſſent, ipſe quoque Theodotion, mendis ab Origine reliquiſque purgatus, una cum caeteris Sacrae Scripturae libris eodem modo recenſitis, in eccleſiis lectus eſſet. Ex quo porro colligi facile poteſt, quo pacto unicum id Danielis exemplar chiſianum textum nobis ſeptuagintaviralem exhibeat; cum haud amplius in eccleſiis lectus, neque in uſum eccleſiarum, privatamque Chriſtianorum lectionem a librariis deſcriptus, in magnis tantum Origenis voluminibus ſupereſſet, quae ipſa eorum moles, ingenti litteratum damno perdidit. Danielis igitur copticas verſiones poſt Origenis tempora, exeunte ſaeculo III. con-

fectas

(a) Hieronymus adv. Ruffinum. l.II. l. c.

fectas primum fuisse, easque forsan agmen librorum sacrorum vario tempore copticorum versorum claudere, summam habet veritatis speciem. An vero aliae Danielis ante Origenis tempora exstiterint versiones copticae, ad vulgarem septuaginta viralem versionem expressae, id neque affirmare, neque negare audeo; licet Danielem semper in ecclesiis lectum, magnique habitum fuisse, ex insignibus antiquissimorum Patrum locis pateat. Quae tamen antiquiores si unquam exstiterunt Danielis versiones, eodem oppressae sunt fato, quod ad nostros usque dies Danielem septuaginta interpretum occultavit: cum dudum ab ecclesiis reprobatae, & a tertio inde saeculo haud amplius descriptae sint, vix ulla spes eas amplius reperiendi superesse videtur.

§. VII.

Nonnullas denique, antequam textum Danielis vertendum atque illustrandum aggrediemur, in linguam copticam observationes, ex ipso linguae studio nobis natas, lectori erudito proponere liceat, quarum veri-

veritatem, cum in tanta codd. copticorum inopia ſagaciſſimus quiſque facile in opiniones incidere poſſit, quas admittendas non eſſe, ex ampliori demum linguae apparatu evinci poteſt, ipſe diiudicet. Ex omnibus, quae hactenus nobis innotuere linguae copticae monumentis, clare cernitur, illam ſummis illis ſyntaxeos, immo totius ſtructurae laborare defectibus, quibus incultae & barbarae linguae laborare ſolent. Ut enim cetera taceam, ex ipſis grammaticis conſtat, idioma copticum paſſivo deſtitui, verboque ſaepe auxiliari eo loco uti, ubi in ceteris linguis magis excultis, verbum activum habetur. Plurimis in vocibus nulla inter verbum & nomen differentia; neque in ceteris, quae ex iis radix petenda ſit, conſtat: rudis temporum in paradigmatibus formatio; multiplex & varia eiuſdem particulae vis: & ſexcenta eiuſmodi alia, quae rudem indigeſtamque linguam ſatis indicant. Accedit, linguam omnino periiſse, ita ut hodiernis coptitis, imprimis ſacerdotibus, qui, quos obſervant ritus ſacros intelligere cupiunt, diſcenda ſit. Cum ab omnibus aliis linguis ſit plane diverſa, ſubſidia quae he-

braicae linguae ex syriaca & arabica parantur, si vocabula graeca saepe obvia exceperis, nulla ipsi adsunt. Quamobrem summae in explicanda lingua difficultates oriuntur: magna enim vocabulorum copia adhuc incerta est, multorum vero significationes, editores lexicorum plane latuere. Nec nisi minima linguae pars innotescere potuit, cum libri solum sacri argumenti, iique parco admodum numero, editi sint. Ipsi vero libri biblici, ex quibus maxima hausta est vocabulorum pars, significationem vocabulorum lexicographis suppeditarunt. Ex quo enim sententia, versionem των O' in copticis haberi, recepta est, in bibliis graecis locisque, quos dicunt parallelis, significatio quaerebatur, quam vox coptica, utpote quae graecam redderet, haberet. Ubi autem vox plane incognita occurrit, vel diversam interpretes graeci secuti sunt sententiam, aliterque ipse hebraicus legit, quonam in textu veram vocis vim invenient, scire velim? Fateor equidem, unicam quam interpretes elegerunt, illam fuisse methodum, linguae plane mortuae excitandae; sed vera quoque esse illa, quae de incertitudine rei dixi, satis

ſatis patere arbitror. Adeant lectores illos quos habemus fontes linguae, videantque, quot quantaeque obviae ſint difficultates, ubi difficilis vel ſaltem minus uſitata vox in graeco textu habetur, ac inde iudicent, an coptica verſio, ex graeco textu illuſtrata, graecum iterum illuſtrare poſſit ſermonem? Nullus vero in univerſum negare audeo, ullum arti criticae ſacrae ex copticis verſionibus naſci uſum, cum ſaltem hae verſiones textus graeci formam quo tempore ipſae confectae ſint, ſiſtant, lectionumque delectum praebeant iis in locis, ubi notabilis varietas, quae dictionis ſenſum mutaret integrum, in graecis occurrit. Quem quidem uſum criticum verſionum iſtarum maiorem eſſe in examinandis N. T. lectionibus, quam in textu ſeptuagintavirali, quem haud raro incertum eſſe conſtat, interpretando atque emendando, facile patere puto: neque in ultimis editionibus N. T. criticis omiſſa eſt coptica, quam hucuſque noverunt interpretes, verſio.

§. VIII.

§. VIII.

Uberior, eoque ipso difficilior videtur esse dialectus memphitica, quae magis exculta, vocibus & dictionibus origine aegyptiacis ditior est, illique idiomati, quod per antiquam Aegyptum obtinuit, vicinior; cum magna vocabulorum antiquorum copia, quam sacra volumina, auctoresque classici exhibent, in ista linguae aegyptiacae parte reperiatur, vel saltem ex radicibus eius explicari possit. Voces quoque, quae notiones ex variis disciplinis, philosophia imprimis & theologia haustas, exprimunt, vere copticae in dialecto memphitica plerumque habentur:rarius ad linguam graecam recurrendum, neque voces graecae, quo melior sensus reddatur, saepe mutuandae sunt. Dialectus contra thebaica s.sahidica omnium quidem sententia elocutione dulcior leniorque est; ex illis tamen, quae hactenus habemus fragmentis non ita exculta, neque tanta verborum copia instructa esse videtur; id quod imprimis iis ex locis afferendum esse puto, qui de rebus sacris officiisque hominibus observandis agunt, plerum-

rumque non vocibus ſolum ſed integris phraſibus graeco-barbaris referti ſunt. Quod tamen, num ex vera dialectus ſahidicae inopia, an vero urbium graecarum Thebaidis in linguam Aegyptiorum dominio ortum, aut denique ignorantiae interpretum tribuendum ſit, ignoro; neque niſi ex ampliori codd. ſahidicorum apparatu diiudicari poſſe credo. Redeundum ſemper nobis eſt ad querelam de ſubſidiorum linguae copticae tenuitate, quae, ſi ampliora adeſſent, non linguae interpreti ſolum egregium praeſtare poſſent auxilium, ſed omnibus, qui culturae generis humani hiſtoriam ſcrutantur. Ubi enim linguam idearum, opinionum, morum denique, quibus populus utitur ſpeculum eſſe conſtiterit, [id quod omnium gentium hiſtoria, ipſaque linguarum ad mores, & opiniones hominum neceſſaria ratio affirmat] ex ipſa accuratiori linguae notitia, ut alia commoda taceam, iam cernere licet, quae notiones populo propriae, atque in ipſa terra natae; quae contra ex aliis regionibus advectae, atque hoſpitio quaſi receptae ſunt. Atqui plurima graecae linguae vocabula in linguam aegy-

aegyptiacam recepta sunt, quorum si accuratum ex magna voluminum copia confeceris catalogum, ideas, & notiones quoque colligeres, quae Aegyptiis, quo tempore usus linguae graecae in Aegypto invaluit, aut penitus incognitae erant, aut saltem haud adeo vulgatae, ut verba, quibus aegyptiace exprimerentur, intercidere haud potuissent. Ex qua accuratiore phrasium verborumque, imprimis eorum, quae ex disciplinis oriunda sunt, cognitione multa sane colligi poterint, quae opiniones nostras de progressu litterarum, imprimis autem disciplinarum philosophicarum penes Aegyptios, corrigerent & amplificarent. Hodiernam enim linguam copticam ortam esse ex depravatione antiquae linguae, quam Pharaonicam dicunt, cum tempore Ptolemeorum voces & phrases graecae in illam reciperentur, uno ore asserunt omnes. Dudum quoque periit *litterarum hieraticarum* usus, quarum, paucis exceptis, quae picturis nonnullis posteritati relicta sunt (*a*), nulla fere cernuntur vestigia.

(*a*) In mus. Borgiano, & apud Caylus T.I.

gia. Graeco-barbarus enim est character qui nunc obtinet copticus, paucaeque illae litterae, quas alphabetum graecum non habet,ab antiquo alphabeto in graecum translatae, priscae suae quid formae conservarunt. Vocales quoque procul dubio a Graecis additae sunt, quas ab Aegyptiis ex universo orientis more omissas fuisse summam habet veritatis speciem (a). Ex quibus omnibus,quantum esse debeat mutata in elocutione, in varia eiusdem vocis pictura ex varia vocalium suppositione, & erroribus ex simili quodam sono oriundis, in tota denique sua forma, prisca Aegypti lingua, quantaeque inde interpreti oriantur difficultates, quas saepenumero removere non valet, collige-

(a) In fragmentis Borgianis sahidicis multae vocalium cernuntur elisiones, lineolis superne positis indicatae, sicut quoque in actis S. Coluthi, editisque a Mingarellio videre licet, quae antiqui absque vocalibus exarandi moris, ipsis forsan Graecis cum coptica graecis litteris scribere inciperent, haud inusitati, reliquias esse suspicor.

ligere licet. Sufficiant pauca haec etsi praeter consilium praefationis huius; quae tamen, cum de rebus agant parum notis, brevibusque absolutae sint, aequo lectori haud ingrata fore arbitror: quibus iam absolutis, ad ipsum Danielis textum una cum scholiis exhibendum me accingo.



DANIELIS

CAPUT NONUM

MEMPHITICE ET SAHIDICE.

MEMPHITICE

Ϯϩⲟⲣⲁⲥⲓⲥ ⲙ̀ⲙⲁϩ̅ I.

1. Ⲛ̀ϩⲣⲏⲓ ϧⲉⲛ ϯⲣⲟⲙⲡⲓ ⲛ̀ϩⲟⲩⲓϯ ⲛ̀ⲧⲉ Ⲇⲁⲣⲓⲟⲥ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛ̀Ⲛⲁⲥⲟⲩⲏⲣ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲓϫⲣⲟϫ ⲛ̀ⲛⲓⲙⲏⲇⲟⲥ· ⲫⲏⲉⲧ ⲁϥⲉⲣⲟⲩⲣⲟ ⲉϫⲉⲛ ϯⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲭⲁⲗⲇⲉⲟⲥ.

2. Ϧⲉⲛ ⲟⲩⲣⲟⲙⲡⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉϥⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲁⲛⲟⲕ Ⲇⲁⲛⲓⲏⲗ ⲁⲓⲕⲁϯ ϧⲉⲛ ⲡⲓϫⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲁⲣⲓⲑⲙⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲣⲟⲙⲡⲓ ⲫⲏⲉⲧ ⲁϥϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲥⲁϫⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ϩⲁ Ⲓⲉⲣⲉⲙⲓⲁⲥ ⲡⲓⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⁝ ⲉⲡϫⲱⲕ

VISIO DECIMA.

1. In anno primo Darii filii Ahaſveri ex ſemine Medorum, qui regnavit ſuper regnum Chaldaeorum.

2 In anno primo regni ejus ego Daniel intellexi in libro numerorum annorum, qui fuit ſermo Domini

SAHIDICE.

Ⲧⲙⲉϩⲙⲏⲧⲉⲛ ϩⲟⲣⲁⲥⲓⲥ.

1. Ϩⲣⲁⲓ ϩⲛ ⲧϣⲟⲣⲡⲉ ⲛⲣⲟⲙⲡⲉ ⲛⲇⲁⲣⲓⲟⲥ ⲡϣⲏⲣⲉ ⲛⲁⲥⲩⲏⲣⲟⲥ ⲉ//
ⲃⲟⲗ ϩⲙⲡⲉⲥⲡⲉⲣⲙⲁ ⲛⲙⲙⲏⲇⲟⲥ ⲡⲁⲓ ⲛⲧⲁϥ ⲣⲣⲟ ⲉϫⲛ ⲧⲙⲛⲧⲉⲣⲟ ⲙⲡⲉⲭⲁⲗⲇⲁⲓⲟⲥ.
2. Ⲁⲛⲟⲕ ⲇⲉ Ⲇⲁⲛⲓⲏⲗ ⲁⲉⲓⲙ//
ⲉϩⲣⲁⲓ ϩⲛ ⲛϫⲱⲱⲙⲉ ⲉⲧⲏⲡ ⲙⲛⲉ//
ⲣⲟⲙⲡⲉ ⲙⲡϣⲁϫⲉ ⲛⲧⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ.
ⲛⲧⲁϥ ⲡⲱϩ ϣⲁ Ⲓⲉⲣⲉⲙⲓⲁⲥ ⲡⲉⲡⲣⲟ//

VISIO DECIMA.

1. In anno primo Darii filii Ahasveri ex semine Medorum, qui regnavit super regnum Chaldaeorum.
2. Ego quidem Daniel intellexi in libris numerum annorum verbi Domini, quod pervenit ad Ieremiam

ⲙ̀ⲡϣⲱϥ ⲛ̀Ⲓⲉⲣⲟⲩⲥⲁⲗⲏⲙ ⲛ̀ⲟ̅ ⲛ̀ⲣⲟ//
ⲙⲡⲓ.

3. Ⲁⲓϯ ⲙ̀ⲡϩⲟ ϩⲁⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ Ⲫϯ
ⲉ̀ⲡϫⲓⲛⲕⲱϯ ⲛ̀ⲥⲁ. ⲟⲩⲡ̀ⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ:
ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲧⲱⲃϩ ϧⲉⲛ ϩⲁⲛⲛⲏⲥⲧⲓⲁ:
ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲥⲟⲕ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲕⲉⲣⲙⲓ·

4. Ⲁⲓⲧⲱⲃϩ ⲙ̀Ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲁⲛⲟⲩϯ·
ⲁⲓⲟⲩⲱⲛϩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲓⲕⲱϯ:
ⲡⲉϫⲏⲓ. ϫⲉ Ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲁⲛⲟⲩϯ ⲡⲓⲛⲓ//
ϣϯ· Ⲫⲏⲉⲧⲟⲓ ⲛ̀ϣⲫⲏⲣⲓ Ⲫⲏⲉⲧⲁ//
ⲣⲉϩ ⲧⲉϥⲇⲓⲁⲑⲏⲕⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲉϥⲛⲁⲓ:
ⲛ̀ⲛⲏⲉⲧ ⲉⲣⲁⲅⲁⲡⲁⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲕ: ⲛⲉⲙ
ⲛⲏⲉⲧⲁⲣⲉϩ ⲉ̀ⲛⲉⲕⲉⲛⲧⲟⲗⲏ.

ad Ieremiam prophetam, ad implendam devaſtationem Hieroſolymarum ſeptuaginta annos.

3. Dedi faciem meam ad Dominum Deum, ut quaererem orationem, & deprecationem, in ieiuniis & ſacco & cinere.

4. Deprecatus ſum Dominum Deum meum, confeſſus ſum, & conqueſtus ſum. Dixi: Domine Deus meus, magne, qui mirabilis (es), qui cuſtodis foedus tuum, & miſericordiam tuam illis qui diligunt te, & qui cuſtodiunt praecepta tua.

ⲫⲏⲧⲏⲥ ⁝ ϣϥⲉ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲉ ⲉⲡϫⲱⲕ
ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡϣⲱϥ ⲛ̀ⲑⲓⲗⲏ̂ⲙ·

3. Ⲁⲩⲱ ⲁⲓϯ ⲙ̀ⲡⲁϩⲟ ⲛ̀ⲁϩⲣ
ⲙⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ· ⲉϥϣⲓⲛⲉ ⲛⲥⲁ ⲟⲩ//
ϣⲗⲏⲗ ⲙ̀ⲛⲟⲩⲥⲟⲡⲥ ⲙⲛ̂ ϩⲛⲛⲏⲥ//
ⲧⲓⲁ ⲙⲛⲟⲩϭⲟⲟⲩⲛⲉ.

4. Ⲁⲓϣⲗⲏⲗ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉⲡϫⲟⲉⲓⲥ
ⲡⲁⲛⲟⲩⲧⲉ ⲁⲩⲱ ⲁⲓⲉⲝⲟⲙⲟⲗⲟⲅⲉⲓ·
ⲉ̀ϫⲱⲙⲙⲟⲥ. ϫⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡ̀ⲛⲟϭⲉ
ⲛ̀ⲛⲟⲩⲧⲉ ⲡⲉϣⲡⲏⲣⲉ ⲉⲕϩⲁⲣⲉϩⲉ ⲧⲉ//
ⲕϫⲓⲁⲑⲏⲕⲏ ⲙ̀ⲛ ⲡⲉⲕⲛⲁⲛ̂ⲛ ⲉⲧⲙⲉⲉ//
ⲙⲟⲕ. ⲁⲩⲱ ⲛⲉⲧ ϩⲁⲣⲉϩⲉ̀ ⲛⲉⲕⲉⲛ//
ⲧⲟⲗⲏ·

prophetam : ſeptuaginta anni ad complendam devaſtationem Hieroſolymarum .

3. Et dedi faciem meam ad Dominum Deum , ut quaererem orationem & ſupplicationem in ieiuniis & cinere .

4. Oravi ad Dominum Deum meum , & confeſſus ſum , dicens : Domine meus , magne Deus , qui mirabilis es , cuſtodis faedus tuum cum illis qui diligunt te , & qui cuſtodiunt praeceptum tuum .

5. Ⲁⲛⲉⲣⲛⲟⲃⲓ· ⲁⲛϭⲓⲛϫⲟⲛⲥ· ⲁ-
ⲛⲉⲣⲁⲥⲉⲃⲏⲥ· ⲁⲛϩⲉⲛⲉⲛ ⲉⲃⲟⲗ· ⲁⲛ-
ⲣⲓⲕⲓ. ⲥⲁⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲉⲕⲉⲛⲧⲟⲗⲏ· ⲛⲉⲙ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲁ ⲛⲉⲕϩⲁⲡ ⲙ̀ⲙⲏⲓ.

6. Ⲙⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲉⲙ ⲛ̀ⲥⲁ ⲛⲉⲕⲉ-
ⲃⲓⲁⲓⲕ ⲙ̀ⲡ̀ⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲛⲏⲉⲛⲧⲁⲩ-
ⲥⲁϫⲓ ϧⲉⲛ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛⲉⲙ
ⲛⲉⲛⲟⲩⲣⲱⲟⲩ. ⲛⲉⲙ ⲛⲉⲛⲁⲣⲭⲱⲛ. ⲛⲉⲙ
ⲛⲉⲛⲓⲟϯ. ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲗⲁⲟⲥ ⲧⲏⲣϥ ⲛ̀ⲧ-
ⲉⲡⲕⲁϩⲓ.

7. Ϯⲙⲉⲑⲙⲏⲓ ⲛⲁⲕ ⲡⲟ̅ⲥ̅. ⲟⲩⲟϩ
ⲁⲛⲟⲛ ⲡϣⲓⲡⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲛϩⲟ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ
ⲙ̀ⲡⲁⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲫⲣⲱⲙⲓ ⲛ̀Ⲓⲟⲩⲇⲁ·
ⲛⲉⲙ ⲛⲏⲉⲧϣⲟⲡ ϧⲉⲛ Ⲓⲉⲣⲟⲩⲥⲁⲗⲏⲙ

5. Peccavimus, iniuſte egimus, impie fecimus, diſceſſimus, declinavimus, a mandatis tuis, & a iudiciis tuis iuſtis.

6. Non audivimus ſervos tuos Prophetas, qui locuti ſunt in nomine tuo ſancto ad reges noſtros, & principes noſtros, & patres noſtros, & populum univerſae terrae.

7. Iuſtitia eſt tibi, Domine, & nobis confuſio faciei, veluti haec dies viro Iudae, & illis, qui habitat in Hiero-

5. Ⲁⲛⲉⲣⲛⲟⲃⲉ ⲁⲛϫⲓⲛϭⲟⲛⲥ. ⲁ=
ⲛⲁⲛⲟⲙⲉⲓ· ⲁⲛⲥⲁϩⲱⲱⲛ̀ ⲉⲃⲟⲗ ⲛⲛⲉⲕ
ⲉⲛⲧⲟⲗⲏ ⲁⲩⲱ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲉⲕϩⲁⲡ.

6. Ⲙⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲙ̀ ⲛ̀ⲥⲁ ⲛⲉⲕϩⲙ̀=
ϩⲁⲗ ⲛⲉⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲛⲁⲓ ⲛⲧⲁⲩϣⲁ=
ϫⲉ ϩⲙ̀ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲛⲁϩⲣⲉ ⲛⲉⲛⲉⲣⲱⲟⲩ
ⲙⲛ̀ ⲛⲉⲛⲁⲣⲭⲱⲛ ⲙⲛ̀ ⲛⲉⲛⲉⲓⲣⲧⲉ. ⲁⲩⲱ
ⲛⲁϩⲣ ⲙⲡⲗⲁⲟⲥ ⲧⲏⲣϥ ⲙⲡⲕⲁϩ.

7. Ⲧⲇⲓⲕⲁⲓⲟⲥⲩⲛⲏ ⲉⲥϣⲟⲟⲡ ⲛ̀ⲁⲕ
ⲡ̀ϫⲟⲉ̄ⲓⲥ. ⲁⲩⲱ ⲡϣⲓⲡⲉ ⲙ̀ⲡϩⲟ ⲉϥ=
ϣⲟⲟⲡ ⲛⲁⲛ ⲛⲑⲉ ⲙⲡⲟⲟⲩ ⲛ̀ϩⲟⲟⲩ ⲙ̀=
ⲡ̀ⲣⲱⲙⲉ ⲛⲓⲟⲩⲇⲁ. ⲙ̀ⲛ ⲛⲉⲧⲟⲩⲏϩ

5. Peccavimus, iniuſte egimus, impie fecimus, nos quoque dereliquimus praeceptum tuum & iudicium tuum.

6. Non audivimus ſervos tuos Prophetas, qui locuti ſunt in nomine tuo ad reges noſtros, & principes noſtros, & patres noſtros, & ad populum univerſae terrae.

7. Iuſtitia eſt tibi Domine, & confuſio faciei eſt nobis, veluti haec dies viro Iudae, & illi qui habitat in

ⲡⲒⲥⲣⲁⲏⲗ ⲧⲏⲣϥ ⲛⲏⲉⲧϧⲉⲛⲧ ⲛⲉⲙ
ⲛⲏⲉⲑⲟⲩⲏⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲡⲕⲁϩⲓ ⲧⲏⲣϥ
ⲡⲓⲙⲁ ⲉ̀ⲧ ⲁⲕϫⲟⲣⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲣⲟϥ
ϧⲉⲛⲧ ⲟⲩⲙⲉⲧⲁⲧⲥⲱⲧⲉⲙ ⲙ̀ⲙⲟⲥ
ⲛ̀ϧⲏⲧⲕ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅.

8. Ⲡⲓϣⲓⲡⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲛϩⲟ ⲁⲛⲟⲛ. ⲛⲉⲙ
ⲛⲉⲛⲟⲩⲣⲱⲟⲩ. ⲛⲉⲙ ⲛⲉⲛ̀ⲁⲣⲭⲱⲛ:
ⲛⲉⲙ ⲛⲉⲛⲓⲟϯ ϧⲁⲛⲏⲉⲧ ⲁⲛⲉⲣⲛⲟⲃⲓ
ⲁⲛⲟⲕ.

9. Ⲛⲓⲙⲉⲧϣⲉⲛϩⲏⲧ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲭⲱ
ⲉⲃⲟⲗ ⲛⲁ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ ⲡⲉ:
ϫⲉ ⲟⲩⲏⲓ ⲁⲛϩⲉⲛⲉⲛ ⲥⲁⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲙⲟⲕ
ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅.

ſolymis, in Iſraele toto, qui prope & qui diſtantes ſunt in terra univerſa, ubi diſperſiſti eum in inobedientia ſua contra te Domine.

8. Confuſio faciei nobis, & regibus noſtris, & principibus noſtris, qui peccavimus tibi.

9. Miſerationes & propitiatio Dominus Deus noſter eſt, quoniam diſceſſimus a te, Domine.

ϩⲛ ⲑⲓⲗⲏ̄ⲙ ⲙ̀ⲛ ⲡⲓⲏ̄ⲗ ⲧⲏⲣϥ . ⲛⲉⲧ//
ϩⲏⲛ ⲉ̀ϩⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲛ ⲛⲉⲧⲉ ⲙ̀ⲡⲟⲩ ⲉ̀ϩⲣⲁⲓ
ϩⲙ ⲡⲕⲁϩ ⲧⲏⲣϥ ⲛ̀ⲧⲁⲕ ϫⲟⲟⲣ ⲟⲩ
ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϩⲏⲧϥ. ϩⲣⲁ̀ⲓ ϩⲛ ⲧⲉⲩ ⲙ̀ⲛ
ϯ ⲁⲧⲥⲱⲧⲙ ⲛ̀ⲧⲁⲩⲁⲁⲥ ⲛ̀ϩⲏⲧⲕ
ⲡ̀ϫⲟⲉⲓⲥ.

8. Ⲡϣⲓⲡⲉ ⲙ̀ⲡϩⲟ ⲉϥϣⲟⲟⲡ ⲛⲁⲛ
ⲙ̀ⲛ ⲛⲉⲛⲉⲣⲱⲟⲩ. ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲛⲁⲣⲭⲱⲛ
ⲙⲛ ⲛⲉⲛⲉⲓⲟⲧⲉ ⲛⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲁⲛⲉⲣⲛⲟⲃⲉ.

9. Ⲙⲙⲛ̄ⲧϣⲛϩⲧⲏϥ ⲙ̀ⲛⲛ ⲕⲱ
ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲩϣⲟⲟⲡ ⲛⲁⲕ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲉⲛ//
ⲛⲟⲩⲧⲉ. ϫⲉ ⲁⲛⲥⲁϩⲱⲱⲛ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ//
ⲙⲟⲕ.

Hierosolymis, & Israeli universo; qui prope sunt intus; & qui distantes sunt extra, in terra universa, in qua tu dispersisti eum in inobedientia sua contra te Domine.

8. Confusio faciei est nobis, & regibus nostris, & patribus nostris, qui peccavimus.

9. Miserationes, & propitiatio sunt tibi Domine Deus noster, nam derelinquimus te.

10. Ⲙⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲉⲙ ⲛ̀ⲥⲁϯⲥⲙⲏ
ⲙ̀ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ ⲉ̀ⲙⲟϣⲓ ϧⲉⲛ ⲛⲉ=
ϥⲛⲟⲙⲟⲥ ⲛⲏⲉⲧⲁϥⲧⲏⲓⲧⲟⲩ ⲙⲡⲉ=
ⲙⲑⲟ ϧⲁ ⲛⲉⲛϫⲓϫ ⲛ̀ⲛⲉϥⲉⲃⲓⲁⲓⲕ
ⲛⲓⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ.·

11. Ⲁ— ⲡⲒⲥⲣⲁⲏⲗ ⲧⲏⲣϥ
ⲉⲣⲡⲁⲣⲁⲃⲉⲛⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲛⲟⲙⲟⲥ · ⲟⲩ=
ⲟϩ ⲁⲩⲣⲓⲕⲓ. ⲁⲩⲣⲓⲕⲓ ⲥⲁⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲉ=
ⲕⲉⲛⲧⲟⲗⲏ . ⲉϣⲧⲉⲙⲥⲱⲧⲉⲙ ⲛ̀ⲥⲁ
ⲧⲉⲕⲥⲙⲏ ⲡⲟ̅ⲥ̅ · ⲁϥⲓ ⲉ̀ϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲱⲛ
ⲛϫⲉⲡⲓⲥⲁϩⲟⲩⲓ · ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲁⲛⲁϣ ⲉⲧ=
ⲥϧⲏⲟⲩⲧ ϩⲓⲫ̀ⲛⲟⲙⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲱⲩⲥⲏⲥ
ⲫⲃⲱⲕ ⲙ̀ⲫϯ. ϫⲉ ⲁⲛⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲉⲣⲟϥ·

10. Non audivimus vocem Domini Dei noſtri τȣ ambulare in lege eius , quam dedit coram facie noſtra , in manum ſervorum eius , Prophetarum .

11. Iſrael univerſus tranſgreſſus eſt legem tuam & declinavit a praeceptis tuis ; ut non audiret vocem tuam Domine . venit ſuper nos maledictio & iuramentum quod ſcriptum (eſt) in lege Moſis ſervi Dei . Quoniam peccavimus contra eam legem .

10. Ⲁⲩⲱ ⲙⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲙ ⲛⲥⲁ=
ⲧⲉⲥⲙⲏ ⲙⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩⲧⲉ ⲉⲧ=
ⲣⲉ ⲛⲙⲟⲟϣ ⲉϩⲣⲁⲓ ϩⲙ̀ⲡⲉϥⲛⲟⲙⲟⲥ
ⲛⲁⲓ ⲛⲧⲁϥⲧⲁⲁⲩ ⲙⲡⲉⲛⲉⲙⲧⲟⲉⲃⲟⲗ
ϩⲛ̀ ϯϭⲓϫ ⲛ̀ⲛⲉϥϩⲙ̀ϩⲁⲗ ⲛⲉⲡⲣⲟ=
ⲫⲏⲧⲏⲥ.

11. Ⲁⲩⲱ ⲡⲓ̂ⲏⲗ ⲧⲏⲣϥ ⲁϥⲡⲁ=
ⲣⲁⲃⲁⲙ ⲡⲉⲕⲛⲟⲙⲟⲥ ⲁⲩⲱ ⲁⲩⲣⲁⲕ=
ⲧⲟⲩ ⲉⲧⲙ̀ⲥⲱⲧⲙ ⲛ̂ⲥⲁ ⲧⲉⲕⲙⲏ.
ⲁϥⲉⲓ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫⲱⲛ ⲛϭⲓ ⲡⲥⲁϩⲟⲩ
ⲙ̀ⲛ ⲡⲁⲛⲁϣ ⲉⲧⲥⲏϩ ϩⲙ̀ ⲡⲛⲟⲙⲟⲥ
ⲙⲙⲱⲩⲥⲏⲥ ⲡϩⲙ̀ϩⲁⲗ ⲙⲡⲛⲟⲩⲧⲉ·
ϫⲉ ⲁⲛⲉⲣⲛⲟⲃⲉ ⲉⲣⲟϥ.

10. Et non audivimus vocem Domini Dei noſtri, ambulare in lege, eius quam dedit coram facie noſtra in manum ſervorum eius Prophetarum.

11. Et Iſrael univerſus tranſgreſſus eſt legem tuam, & diſceſſit: ut non audiret vocem tuam. Venit ſuper nos maledictio & iuramentum, quod ſcriptum (eſt) in lege Moſis ſervi Dei, nam peccavimus contra eam, (legem).

12. Ⲁϥⲧⲁϩⲟ ⲙ̀ⲡⲉϥⲥⲁϫⲓ —
ⲉⲣⲁⲧⲟⲩ ·ⲛⲏⲉⲧ ⲁϥⲥⲁϫⲓ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ
ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲱⲛ ⲛⲉⲙ ⲉϫⲉⲛ ⲉⲛⲣⲉϥϯ-
ϩⲁⲡ. ⲛⲏⲉⲧⲁⲩϯϩⲁⲡ ⲉⲣⲟⲛ ⲉⲓⲛⲓ
ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉ̀ϫⲱⲛ ⲛ̀ϩⲁⲛⲛⲓϣϯ ⲙ̀ⲡⲉⲧ-
ϩⲱⲟⲩ ⲛⲏⲉ̀ⲧⲉ ⲙ̀ⲡⲉ — ⲟⲩⲟⲛ ϣⲱ-
ⲡⲓ ⲥⲁⲡⲉⲥⲏⲧ ⲛ̀ⲧⲫⲉ ⲧⲏⲣⲥ ⲕⲁⲧⲁ
ⲛⲏⲉⲧ ⲁⲩϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ Ⲓⲉⲣⲟⲩⲥⲁ-
ⲗⲏⲙ.

13. Ⲕⲁⲧⲁⲫⲣⲏϯ ⲉⲧⲥϧⲏⲟⲩⲧ
ϩⲓⲫⲛⲟⲙⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲱⲩⲥⲏⲥ. ⲉ̀ⲁⲩⲓ ⲉ̀ϩ-
ⲣⲏⲓ ⲉϫⲱⲛ ⲛϫⲉ ⲛⲁⲓⲡⲉⲧϩⲱⲟⲩ ⲧⲏ-
ⲣⲟⲩ. ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲧⲱⲃϩ ⲙ̄ⲡ̄ϩⲟ
ⲙ̄ⲡ̄ⲟ̄ⲥ̄ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ ⲉⲧⲁⲥⲑⲟ ⲉⲃⲟⲗ

12. Conſtituit verba eius, quae locutus eſt ille ſuper nos, & ſuper iudices noſtros, qui iudicare debebant, afferre ſuper nos magnitudines mali, quae non ſunt exiſtentes infra coelum totum, ſicut ſunt in Hieroſolymis.

13. Quemadmodum ſcriptum eſt in lege Moſis: venerunt ſuper nos mala haec omnia, & non oravimus coram Domino Deo noſtro, ut converteremur

12. Ⲁⲩⲱ ⲁϥⲧⲁϩⲟ ⲉⲣⲁⲧⲟⲩ
ⲛⲛⲉϥϣⲁϫⲉ ⲛⲁⲓ ⲛⲧⲁϥ ϫⲟⲟⲩ ⲉϩ-
ⲣⲁⲓ ⲉϫⲱⲛ ⲙⲛ ⲛⲣⲉϥϯϩⲁⲡ ⲛⲁⲓ
ⲛⲧⲁⲩⲕⲣⲓⲛⲉ ⲙⲙⲟⲛ. ⲉⲉⲓⲛⲉ ⲉϩⲣⲁⲓ
ⲉϫⲱⲛ ⲛϩⲉⲛⲛⲟϭ ⲙⲡⲉⲑⲟⲟⲩ. ⲛⲁⲓ
ⲙⲡⲟⲩ ϣⲱⲡⲉ ϩⲁ ⲧⲡⲉ ⲧⲏⲣⲥ ⲕⲁⲧⲁ
ⲛⲉⲛⲧ ⲁⲩϣⲱⲡⲉ ϩⲛ ⲑⲓⲗⲏⲙ.

13. Ⲕⲁⲧⲁⲃⲉ ⲉⲧⲥⲏϩ ϩⲙ ⲡⲛ-
ⲛⲟⲙⲟⲥ Ⲙⲱⲩⲥⲏⲥ. ⲛⲉⲓⲡⲉⲑⲟⲟⲩ
ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲁⲩⲉⲓ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫⲱⲛ. ⲁⲩⲱ
ⲙⲡⲉⲛⲥⲟⲡⲥ ⲙⲡϩⲟ ⲙⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲉⲛ
ⲛⲟⲩⲧⲉ ⲉⲧⲣⲉⲛⲕⲧⲟⲛ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ

12. Et conſtituit illa verba eius, quae locutus eſt ipſe ſuper nos, & ſuper iudices noſtros, qui iudicabant nos; afferre ſuper nobis magnitudines mali, quae non exiſtunt infra caelum univerſum, ſicut ſunt in Hieroſolymis.

13. Quemadmodum ſcriptum eſt in lege Moſis. Mala iſta omnia venerunt ſuper nos, & non oravimus coram Domino Deo noſtro, ut recederemus a prae-

ϩⲁ ⲛⲉⲛϭⲓⲛϫⲟⲛⲥ ⲉⲡϫⲓⲛⲕⲁϯ ϧⲉⲛ ⲙⲉⲑⲙⲏⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ.

14. Ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲣⲱⲓⲥ ⲛϫⲉⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲉϫⲉⲛ ⲛⲓⲡⲉⲧϩⲱⲟⲩ ⲁϥⲉ̀ⲛⲟⲩ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲱⲛ: ϫⲉ ⲟⲩⲑⲙⲏⲓ ⲡⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ ⲉϫⲉⲛ ⲡⲉϥⲑⲁⲙⲓⲟ ⲧⲏⲣϥ ⲉⲧⲁϥⲧⲁⲙⲓⲟϥ. ⲟⲩⲟϩ ⲙⲡⲉϥⲥⲱⲧⲉⲙ ⲛ̀ⲥⲁ ⲧⲉϥⲥⲙⲏ.

15. ϯⲛⲟⲩ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ ⲛⲑⲟⲕ ⲁⲕⲓⲛⲓ ⲙⲡⲉⲕⲗⲁⲟⲥ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲕⲁϩⲓ ⲛ̀ⲭⲏⲙⲓ. ⲟⲩⲟϩ ⲁⲕⲑⲁⲙⲓⲟ̀ ⲛⲁⲕ ⲛⲟⲩⲣⲁⲛ ⲙⲫⲣⲏϯ ⲙⲡⲁⲓⲉϩⲟⲟⲩ. ⲁⲛⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲁⲛⲉⲣⲛⲟⲙⲓⲛ.

a praevaricationibus noſtris, ad intelligendum in iuſtitia omni.

14. Et vigilavit Dominus ſuper mala noſtra, (quae adduxit) duxit illa ſuper nos: Quonſam iuſtus eſt Dominus Deus noſter erga creaturam eius omnem, quam fecit: & non audivimus vocem eius.

15. Nunc Domine Deus noſter, tu eduxiſti populum tuum ex terra Aegypti, & feciſti tibi nomen, ſicut in die hac. peccavimus, praevaricati ſumus.

ⲛⲉⲛϫⲓⲛϭⲟⲛⲥ . ⲁⲩⲱ ⲉⲙⲙⲉ ϩⲙ
ⲙⲉ ⲛⲓⲙ.

14. ⲁⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩⲧⲉ ϯϩ//
ⲧⲏϥ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫⲉⲛ ⲧⲉⲛⲕⲁⲕⲓⲁ.
ⲁϥⲉⲛⲧⲟⲩ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫⲛ ⲛⲉϥϩⲃⲏⲩⲉ
ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲁϥⲁ̄ⲁⲩ. ⲁⲩⲱ ⲙⲡⲉⲛ
ⲥⲱⲧⲙ ⲛ̀ⲥⲁ ⲧⲉϥⲥⲙⲏ.

15. ⲧⲉⲛⲟⲩϭⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩ//
ⲧⲉ ⲡⲁⲓ ⲛⲧⲁⲕ ⲉⲓⲛⲉ ⲙⲡⲉⲕⲗⲁⲟⲥ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ ⲡⲕⲁϩ ⲛⲕⲏⲙⲉ ϩⲣⲁⲓ
ⲛ̀ⲟⲩ ⲓϫ ⲉⲥϫⲟⲟⲣ. ⲁⲩⲱ ⲁⲕⲉⲓⲣⲉ
ⲛⲁⲕ ⲛⲟⲩ ⲣⲁⲛ ⲛⲑⲉⲙⲡⲟⲟⲩ ⲛϩⲟⲟⲩ.
ⲁⲛⲉⲣⲛⲟⲃⲉ ⲁⲛⲁⲛⲟⲙⲉⲓ.

varicationibus noſtris , & intelligeremus in iuſtitia omni .

14. Fecit Dominus Deus noſter vigiliam ſuper malitiam noſtram ; duxit illam (quam duxit) ſuper eius creaturam omnem , quam fecit , & non audivimus vocem eius .

15. Nunc Domine Deus noſter , qui tu eduxiſti populum tuum ex terra Aegypti per manum fortem , & feciſti tibi nomen , quemadmodnm in illa die ; peccavimus , praevaricati ſumus .

E 2

16. Ⲡⲟ̅ⲥ̅ ϧⲉⲛ ⲧⲉⲕⲙⲉⲧⲛⲁⲏⲧ
ⲧⲏⲣⲥ ⲙⲁⲣⲉϥⲧⲁⲥⲑⲟ ⲛϫⲉⲡⲉⲕⲙ=
ⲃⲟⲛ ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲕϫⲱⲛⲧ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲁ
ⲧⲉⲕⲃⲁⲕⲓ Ⲓⲉⲣⲟⲩⲥⲁⲗⲏⲙ ⲡⲉⲕⲧⲱ=
ⲟⲩ ⲉⲑⲩ̅. ϫⲉ ⲟⲩⲏⲓ ⲁⲛⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ϧⲉⲛ
ⲛⲉⲛϭⲓⲛϫⲟⲛⲥ ⲛⲉⲙ ⲛⲉⲛⲓⲟϯ. Ⲓⲉⲣⲟⲩ=
ⲥⲁⲗⲏⲙ ⲡⲉⲕⲗⲁⲟⲥ ⲁϥϣⲱⲡⲓ ⲉⲩϣ=
ⲱϣ ϧⲉⲛ ⲛⲏ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲧⲕⲱϯ ⲉⲣⲟⲛ.
17. ϯⲛⲟⲩ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ ⲥⲱ=
ⲧⲉⲙ ⲉϯⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉⲕⲃⲱⲕ
ⲛⲉⲙ ⲡⲉϥⲧⲱⲃϩ. ⲟⲩⲟϩ ⲙⲁⲣⲉⲡⲉⲕϩⲟ
ⲉⲣⲟⲩⲱⲓⲛⲓ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲉⲛ ⲡⲉⲕⲙⲁ
ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ. ⲫⲁⲓⲉⲧϣⲏϥ ⲉⲧⲃⲏⲧ
ⲡⲟ̅ⲥ̅.

16. Domine, in miſericordia tua univerſa convertetur ira tua, & indignatio tua ab urbe tua Hieruſalem, monte tuo ſacro : nam peccavimus in iniuſtitiis noſtris & patrum noſtrorum , Hieroſolymae populus tuus facti ſunt opprobrium in omnibus locis , (terris) qui in circuitu noſtro ſunt .

17. Nunc Domine Deus noſter audi orationem ſervi tui & deprecationem eius , & illumines faciem tuam ſuper locum tuum ſanctum , qui deſolatus eſt propter te Domine .

16. Ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ϩⲣⲁⲓ ϩⲛ̅ ⲛⲉⲕⲙ//
ⲛ̅ⲧⲛⲁ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲙⲁⲣⲉϥⲕⲧⲟϥ ⲛϭⲓ
ⲡⲉⲕϭⲱⲛⲧ· ⲙⲛⲧⲉⲕⲟⲣⲅⲏ ⲉⲃⲟⲗ
ϩⲛ̀ ⲑⲓⲗⲏ̅ⲙ ⲡⲉⲕⲧⲟⲟⲩ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ:
ϫⲉ ⲛⲉⲣⲛⲟⲃⲉ ϩⲣⲁⲓ ϩⲛ ⲛⲉⲛϫⲓⲛϭⲟⲛⲥ.
ⲙⲛⲛⲁⲛⲉⲓⲟⲧⲉ. ⲑⲓⲗⲏ̅ⲙ ⲙⲛⲡⲉⲕⲗⲁ//
ⲟⲥ ⲁⲩϣⲱⲡⲉ ⲉⲩⲛⲟϭⲛⲉϭ ϩⲣⲁⲓ ϩⲛ̀
ⲛⲉⲧϩⲙ̀ ⲡⲉⲛⲕⲱⲧⲉ ⲧⲏⲣⲟⲩ.

17. Ⲧⲉⲛⲟⲩϭⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲛⲟⲩ//
ⲧⲉ. ⲥⲱⲧⲙ ⲉ̀ⲡⲉϣⲗⲏⲗ ⲙ̀ⲡⲉⲕ ϩⲙ̀
ϩⲁⲗ. ⲙⲛ ⲡⲉϥⲥⲟⲡ̅ⲥ. ⲛ̀ⲅ ⲟⲩⲱⲛϩ
ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲙⲡⲉⲕϩⲟ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉ̀ϫⲙ ⲡⲉⲕ//
ⲙⲁ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲉⲧⲟⲩϫⲁⲓⲉ. ⲉⲧ//
ⲃⲏⲏⲧⲕ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲁⲛⲟⲩⲧⲉ.

16. Domine in misericordiis tuis universis convertetur ira tua & indignatio tua ab Hierosolymis, monte tuo sacro, nam peccavimus in iniustitiis nostris & patrum nostrorum: Hierusalem & populus tuus perfossus (confixus) est opprobrium illis, qui in circuitu eius omnes.

17. Nunc Domine Deus audi orationem servi tui & deprecationem eius, & illumina faciem tuam super locum tuum sanctum, qui desolatus est propter te, Domine Deus meus.

18. Ⲣⲓⲕⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲙⲁϣϫ ⲡⲁ-
ⲛⲟⲩϯ. ⲥⲱⲧⲉⲙ. ⲁⲟⲩⲱⲛ ⲛ̀ⲛⲉⲕⲃⲁⲗ.
ⲁⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲡⲉⲛⲧⲁⲕⲟ ⲛⲉⲙ ⲧⲉⲕⲃⲁⲕⲓ.
ⲑⲁⲓ ⲉⲧ ⲁⲩⲙⲟⲩϯ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲉϩ-
ⲣⲏⲓ ⲉ̀ϫⲱⲥ· ϫⲉ ⲟⲩϩⲓ ⲉϫⲉⲛ ⲛⲉⲛⲙⲉ-
ⲑⲙⲏⲓ ⲁⲛ ⲁⲛⲟⲛ ⲧⲉⲛⲃⲟⲣⲃⲉⲣ ⲛ̀ⲛⲉⲛ
ⲙⲉⲧϣⲉⲛϩⲏⲧ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲙ̀ⲑⲟ. ⲁⲗⲗⲁ
ⲉϫⲉⲛ ⲛⲉⲕⲙⲉⲧϣⲁⲛ̀ⲑⲙⲁϩⲧ ⲛⲁⲓ
ⲉⲧ ⲟϣ ⲡⲟ̄ⲥ̄.

19. Ⲥⲱⲧⲉⲙ ⲡⲟ̄ⲥ̄. ϫⲱ ⲉⲃⲟⲗ
ⲡⲟ̄ⲥ̄. ⲙⲁϩⲑⲏⲕ ⲡⲟ̄ⲥ̄. ⲁⲣⲓⲟⲩⲓ. ⲙ̀ⲡⲉⲣ
ⲱⲥⲕ. ⲉⲧⲃⲏⲧⲕ ⲡⲟ̄ⲥ̄ ⲡⲁⲛⲟⲩϯ.
ϫⲉ ⲁⲩⲙⲟⲩϯ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲉϩⲣⲏⲓ ϩⲓ-

18. Inclina aurem tuam, Deus meus. audi, aperi oculum tuum, vide perditionem noſtram, & urbis tuae, illius quae invocat nomen tuum ſuper eam. Nam non eſt propter Iuſtitiam noſtram (quod) nos proiicimus miſerationem noſtram coram te, ſed propter miſericordiam tuam, quae plurima eſt, Domine.

19. Audi Domine, remitte Domine, attende Domine, fac, ne moreris, propter te, Domine Deus meus,

18. Ⲣⲓⲕⲉ ⲙ̄ⲡⲉⲕⲙⲁ̀ⲁϣⲉ ⲛ̀ⲅ̄ ⲥⲱ=
ⲧⲙ. Ⲁⲟⲩⲱⲛ ⲛ̀ⲛⲉⲕⲃⲁⲗ ⲛ̀ⲅ̄ ⲛⲁ=
ⲩⲉⲡⲉⲛⲧⲁⲕⲟ. ⲙ̀ⲛ ⲡ̄ⲧⲁⲕⲟ ⲛ̄ⲧⲉⲕ=
ⲡⲟⲗⲓⲥ. Ⲧⲁⲓ ⲛ̄ⲧⲁⲩ ⲉⲡⲓⲕⲁⲗⲉⲓ ⲙ=
ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉ̀ϫⲱⲥ. ϫⲉ ⲉϩⲣⲁⲓ
ⲁⲛ ⲉϫⲛ̀ ⲛⲉⲛⲇⲓⲕⲁⲓⲟⲥⲩⲛⲏ ⲁⲛⲟⲛ.
Ⲉⲛⲛⲁⲛⲟⲩϫⲉ ⲛ̀ⲛⲉⲛⲙⲛ̀ⲧϣⲉⲛ̄ϩⲧⲏϥ
ⲙ̀ⲡⲉⲕⲉⲙⲧⲟ ⲉⲃⲟⲗ. ⲁⲗⲗⲁ ⲉϩⲣⲁⲓ
ⲉ̀ϫⲛ ⲛⲉⲕⲙ̀ⲛⲧϣⲛ̀ϩⲧⲏϥ ⲉ̀ⲧⲛⲁϣ=
ⲱⲟⲩ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ.

19. Ⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉ̀ⲣⲟⲛ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ!
ⲕⲱⲛⲁⲛ ⲉⲃⲟⲗ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ· ϯϩⲧⲏⲕ
ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲁⲣⲓ̀ ⲥⲉⲧⲃⲏⲏⲧ. ⲛ̀ⲅ̄ ⲧ=
ⲙⲱⲥⲕ ⲡⲁⲛⲟⲩⲧⲉ. ϫⲉⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲁⲩ=

18. Inclina aurem tuam & audi, aperi oculum tuum, vide perditionem noſtram & perditionem urbis tuae quae invocat nomen tuum ſuper eam, nam non ſuper (propter) iuſtitiam noſtram effundimus miſerationem noſtram coram te (facie tua) ſed propter miſericordiam tuam quae plurima eſt, Domine.

19. Audi nos Domine, remitte Domine, attende Domine, fac propter te, ne moreris, Deus meus! Quo-

ϫⲉⲛ ⲧⲁⲓⲃⲁⲕⲓ ⲛⲉⲙ ⲉϫⲉⲛ ⲡⲉⲕⲗⲁⲟⲥ ⲡⲓⲥⲣⲁⲏⲗ.

20. Ⲟⲩⲟϩ ⲁⲓⲃⲟⲣⲃⲉⲣ ⲙ̀ⲡⲁⲛⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲙ̀ⲑⲟ ⲙ̄ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲁ̀ⲛⲟⲩϯ ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲓⲧⲱⲟⲩ ⲉⲑⲩ̅ ⲛ̀ ⲧⲉⲡⲁⲛⲟⲩϯ.

21. Ⲉⲧⲓ ⲉⲓⲥⲁϫⲓ ϧⲉⲛ ϯⲡⲣⲟⲥ-
ⲉⲩⲭⲏ. ϩⲏⲡⲡⲉ ⲓⲥ ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ Ⲅⲁ-
ⲃⲣⲓⲏⲗ ⲫⲏⲉ̀ⲧ ⲁⲓⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲣⲟⲥ ϧⲉⲛ
ϯϩⲟⲣⲁⲥⲓⲥ ϩⲉⲛ ϯⲁⲣⲭⲏ ⲉϥϩⲁ-
ⲗⲁⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲁϥϭⲓ ⲛⲉⲙⲏⲓ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ
ⲛⲟⲩⲛⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲟⲩϣⲱⲟⲩϣⲓ ⲛ̀ⲧⲉϩⲁ-
ⲛⲁ̀ⲣⲟⲩϩⲓ.

Quoniam invocatum eſt nomen tuum ſuper urbem hanc, & ſuper populum tuum Iſraelem.

20. Et effudi miſericordiam meam coram Domino Deo meo, pro monte ſancto Dei mei.

21. Adhuc loquebar in oratione; ecce vir Gabriel, quem vidi in viſione in principio, volans eſt, & tetigit me circa (ſicut) horam ſacrificii veſpertini.

ⲧⲁⲩⲟϥ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫⲛ ⲧⲉⲕⲡⲟⲗⲓⲥ
ⲁⲩⲱ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫⲙ ⲡⲉⲕⲗⲁⲟⲥ.
20. Ⲁⲓⲧⲉⲓ ⲇⲉ ⲉⲓϣⲁϫⲉ ⲁⲩⲱ
ⲉⲓϣⲗⲏⲗ ⲉⲓⲧⲁⲩ̂ⲟ ⲛⲛⲁⲛⲟⲃⲉ. ⲙ̀ⲛ
ⲛⲛⲟⲃⲉ ⲙⲡⲗⲁⲟⲥ ⲡⲓ̂ⲏⲗ. ⲁⲩⲱ ⲉⲓ//
ⲛⲟⲩϫ ⲙⲡⲁⲛⲁ ⲙ̀ⲡⲉⲙⲧⲟ ⲉⲃⲟⲗ
ⲙⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲁⲛⲟⲩⲧⲉ. ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲧⲟ//
ⲟⲩ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲁⲛⲟⲩⲧⲉ.
21. Ⲁⲓⲧⲉⲓ ⲉⲓϣⲁϫⲉ ϩⲣⲁⲓ ϩⲙ̀
ⲡⲁ̀ϣⲗⲏⲗ. ⲉⲓⲥ ϩⲏⲏⲧⲉ ⲉⲓ̂ⲥ ⲡⲣⲱⲙⲉ
Ⲅⲁⲃⲣⲓ̂ⲏⲗ ⲡⲉⲛⲧⲁⲓⲛⲁⲩ ⲉⲣⲟϥ ϩⲛ̀
ⲑⲟⲣⲁⲥⲓⲥ ⲛϣⲟ̂ⲣⲡ ⲉϥϩⲏⲗ. ⲁϥϫⲱϩ
ⲉ̀ⲣⲟⲓ̈ ⲑⲉⲙ̀ⲡⲛ̀ⲁⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲑⲩⲥⲓⲁ ⲙⲡ//
ⲛⲁⲩ ⲛ̀ⲣⲟⲩϩⲉ.

niam nomen tuum invocatur ſuper urbem tuam, & ſuper populum tuum Iſraelem.

20. Adhuc autem loquebar, & orationem feci, & confeſſus ſum peccata populi mei Iſraelis, & proieci miſericordiam meam coram Domino Deo meo, pro monte ſancto Dei mei.

21 Adhuc loquebatur in oratione mea: ecce vir Gabriel, quem vidi in viſione in principio (prima), volans eſt: tetigit me, veluti in hora ſacrificii veſpertini.

22. Ⲁϥⲧⲟⲩⲛⲟⲥⲧ ⲟⲩⲟϩ ⲁϥ⸗
ⲑⲣⲓⲕⲁϯ ⲁϥⲥⲁϫⲓ ⲛⲉⲙⲏⲓ. ⲡⲉϫⲁϥ.
ϫⲉ Ⲇⲁⲛⲓⲏⲗ ϯⲛⲟⲩ. ⲁⲓⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲉ⸗
ⲑⲣⲓⲥⲁⲃⲟⲕ ⲉⲟⲩⲕⲁϯ.

23. Ϧⲉⲛ ϯⲁⲣⲭⲏ ⲛⲧⲉⲡⲉⲕⲧⲱ⸗
ⲃϩ ⲁϥⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲛϫⲉ ⲟⲩⲥⲁϫⲓ. ⲁⲓⲓ
ⲉⲧⲁⲙⲟⲕ ϫⲉ ⲛⲑⲟⲕ ⲟⲩⲣⲱⲙⲓ ⲛⲧⲉ⸗
ϩⲁⲛⲉⲡⲓⲑⲩⲙⲓⲁ. ⲛⲑⲟⲕ ⲁ̀ⲣⲓⲛⲟⲓⲛ
ϧⲉⲛ ⲡⲓⲥⲁϫⲓ. ⲟⲩⲟϩ ⲕⲁϯ ϧⲉⲛ
ⲡⲓϫⲓⲛⲛⲁⲩ.

24. Ⲟ ⲛ̀ⲉⲃⲇⲟⲙⲁⲥ ⲁⲩϣⲁⲧⲟⲩ
ⲉⲃⲟⲗ ⲉϫⲉⲛ ⲡⲉⲕⲗⲁⲟⲥ. ⲛⲉⲙ ⲉϫⲉⲛ
ϯⲃⲁⲕⲓ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ. ⲉ̀ⲛϫⲓⲛⲧⲣⲉϥ⸗
ϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ϫⲉ ϥⲛⲟⲃⲓ. ⲛⲉⲙ

22. Suſcitavit me , ut intelligerem , locutus eſt mecum , dicens : Daniel nunc veni , docere tę ad intelligentiam .

23. In principio orationis tuae venit verbum . Venio oſtendere tibi , quod tu vir deſideriorum (es) . tu cogita in verbo , & intellige viſionem .

24. Septuaginta hebdomades conciſae ſunt ſuper populum tuum & ſnper urbem ſanctam , ad imponendum finem iniquitati , & ad ſigillanda peccata, & ad deſtruen-

22. Ⲁϥⲧⲁⲙⲟⲓ. ⲁⲩⲱ ⲁϥϣⲁ-
ϫⲉ ⲛ̀ⲙⲙⲁⲓ ⲉϥϫⲱⲙⲙⲟⲥ. ϫⲉ Ⲇⲁ-
ⲛⲓⲏⲗ ⲧⲉⲛⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲁⲓ ⲉⲓⲉⲃⲟⲗ ⲉⲧⲥⲁ-
ⲃⲟⲕ ⲉⲧⲙⲛ̀ ⲧ̀ⲣⲉⲙⲛ̀ϩⲏⲧ.

23. Ϩⲣⲁⲓ ϩⲛ̀ ⲧⲁⲣⲭⲏ ⲙ̀ⲡⲉⲕ-
ⲥⲟⲡ̀ⲥ ⲁϥⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲛϭⲓ ⲡϣⲁϫⲉ:
ⲁⲛⲟⲕ ϩⲱ ⲁⲉⲓ ⲉⲧⲁⲙⲟⲕ ϫⲉ ⲛⲧⲟⲕ
ⲟⲩⲣⲱⲙⲉ ⲛϣⲟⲩⲁϣϥ. ⲁⲩⲱ ⲙⲉⲕ-
ⲙⲟⲩⲕ ϩⲣⲁⲓ ϩⲙ̀ⲡϣⲁϫⲉ ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲅ-
ⲉⲓⲙⲉ ϩⲙ̀ ⲡ̄ϭⲱⲗⲡ̄ ⲉ̀ⲃⲟⲗ.

24. Ϣⲃⲉ ⲛ̀ϩⲉⲃⲇⲟⲙⲁⲥ ⲁⲩⲧⲱ-
ϣⲟⲩ ⲉϫⲙ̀ ⲡⲉⲕⲗⲁⲟⲥ. Ⲁⲩⲱ ⲉϫⲛ̀
ⲧⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ. ⲉⲧⲣⲉϥϫⲱⲕ
ⲉⲃⲟⲗ ⲛϭⲓ ⲡⲛⲟⲃⲉ. ⲁⲩⲱ ⲛϭⲉ ⲉϥ-

22. Annunciavit & locutus eſt mecum, dicens, Daniel nunc tibi veni docere te, & facere te intelligere.

23. In principio orationis tuae venit verbum. Ego quoque veni oſtendere tibi quod tu vir deſideriorum (es). & tu cogita in verbo; & ego intelligere faciam (te) revelationem.

24. Septuaginta hebdomades ſtatutae ſunt ſuper populum tuum & ſuper urbem ſanctam, ad imponendum finem iniquitati, & ad ſigillanda peccata noſtra:

ⲡϫⲓⲛ ⲉⲣⲥⲫⲁⲅⲓⲍⲓⲛ ⲛ̀ϩⲁⲛⲛⲟⲃⲓ.
ⲛⲉⲙ ⲉϥⲱϯ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲓ ⲁ̀ⲛⲟⲙⲓⲁ.
ⲛⲉⲙ ⲉⲡϫⲓⲛϭⲱ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϩⲁⲛϭⲓⲛ//
ϫⲟⲛⲥ. ⲛⲉⲙ ⲉⲡϫⲓⲛ ⲓⲛⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲇⲓⲁ//
ⲑⲏⲕⲏ ⲛ̀ⲉⲛⲉϩ. ⲛⲉⲙ ⲉⲡϫⲓⲛ ⲉⲣⲥⲫⲣⲁ//
ⲅⲓⲍⲓⲛ ⲛⲟⲩϩⲟⲣⲁⲥⲓⲥ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲡⲣⲟ//
ⲫⲏⲧⲏⲥ. ⲛⲉⲙ ⲉ̀ⲡϫⲓⲛⲑⲱϩⲥ ⲙ̀ⲡⲉ//
ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲏⲉⲑⲟⲩⲁⲃ.

25. Ⲟⲩⲟϩ ⲉⲕⲉⲉⲙⲓ· ⲟⲩⲟϩ ⲉⲕⲉ//
ⲕⲁϯ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲉ//
ⲟⲩⲥⲁϫⲓ. ⲉ̀ⲡϫⲓⲛ ⲉⲣⲟⲩⲱ ⲛⲉⲙ ⲉⲡ//
ϫⲓⲛⲕⲱⲧ ⲛ̀Ⲓⲉⲣⲟⲩⲥⲁⲗⲏⲙ ϣⲁⲡ//
ⲭⲣⲓⲥⲧⲟⲥ ⲡⲓϩⲏⲅⲟⲩⲙⲉⲛⲟⲥ ⲍ ⲛ̀ⲉ//
ⲃⲇⲟⲙⲁⲥ. ⲛⲉⲙ ⲝ︦ⲃ︦ ⲛ̀ⲉⲃⲇⲟⲙⲁⲥ.
ⲉϥⲉⲧⲁⲥⲑⲟ ⲉϥⲉ̀ⲕⲱⲧ ⲛ̀ⲟⲩⲡⲗⲁϯⲁ

das iniuſtitia & ad expiandas violentias, & ad adducendum foedus aeternum, & ad ſigillandam viſionem & prophetam, & ad ungendum ſanctum ſanctorum.

25. Et cognoſcas & intelliges ex exitu ſermonis, ut reſpondeatur, & aedificentur Hieroſolymae, uſque ad unctum ducem ſeptem hebdomades: & ſexaginta duae

ⲣⲁⲅⲓⲍⲉ ⲛⲛⲉⲛⲛⲟⲃⲉ. ⲉⲃⲱⲧⲉ ⲉⲃⲟⲗ
ⲛⲉⲛϫⲓⲛϭⲟⲛⲥ̄ ⲁⲩⲱ ⲉ̀ⲕⲱ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄-
ⲛϫⲓⲛϭⲟⲛⲥ. Ⲉⲓ ⲛ̄ⲧⲇⲓⲕⲁⲓⲟⲥⲩⲛⲏ
ⲛ̀ϣⲁⲉ̀ⲛⲉ̀ϩ, ⲁⲩⲱ ⲉⲥⲫⲣⲁⲅⲓⲍⲉⲛ ⲑⲟ-
ⲣⲁⲥⲓⲥ ⲙ̀ⲛ ⲟⲩⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲉ̀ⲧⲱϩⲥ
ⲙ̄ⲡⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲛ̀ⲛⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ.

25. Ⲁⲩⲱ ⲕⲛⲁⲉⲓⲙⲉ ⲛ̀ⲧⲛ̀ⲛⲟⲓ
ϫⲓⲛⲛ̄ⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡϣⲁϫⲉ ⲉⲟⲩⲱ̀ϣⲃ
ⲁⲩⲱ ⲉⲕⲱⲧ ⲛⲑⲓⲗ̄ⲏ̄ⲙ ϣⲁ ⲉϩⲣⲁⲓ
ⲉⲡϩⲏⲅⲟⲩⲙⲉⲛⲟⲥ ⲡⲉⲭ̄ⲣⲓⲥⲧⲟⲥ ⲥⲁ
ϣϥⲉ ⲛ̄ϩⲉⲃⲇⲟⲙⲁⲥ. ⲁⲩⲱ ⲥⲉ̀ⲥⲛⲟ-
ⲟⲩⲥⲉ ⲛ̀ϩⲉⲃⲇⲟⲙⲁⲥ. ⲁⲩⲱ ⲛϥⲕⲟⲧϥ
ⲛ̀ⲥⲉⲕⲱⲧ ⲛ̄ⲧⲉⲡⲗⲁⲧⲓⲁ. ⲙ̀ⲛ ⲡⲥⲟⲃⲧ

deſtruere iniuſtitias noſtras, & expiare praevaricationes noſtras : adducere iuſtitiam in aeternum : & ſigillare viſionem & prophetam : ungere ſanctum ſanctorum.

25. Et cognoſcas & intelliges ab exitu verbi ad reſpondendum & aedificandum Hieroſolymas, uſque ad ducem unctum hebdomades ſeptuaginta. Et ſexaginta duae

ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲥⲟⲃⲧ. ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲉ̀ϣⲛⲟⲩⲟ̀
ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϫⲉ ⲛⲓⲥⲏⲟⲩ:

26. Ⲉⲥⲉϣⲱⲡⲓ ⲙⲉⲛⲥⲁ ϯⲟ̂ⲃ
ⲛϫⲉ ⲛⲉⲃⲇⲟⲙⲁⲥ ⲉϥⲉϥⲱϯ ⲉⲃⲟⲗ
ⲛϫⲉ ⲟⲩⲑⲱϩⲥ: ⲟⲩⲟϩ ⲙⲙⲟⲛ ϩⲁⲡ
ϣⲟⲡ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ. ϯⲃⲁⲕⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲉ-
ⲑⲟⲩⲁⲃ ϥⲛⲁⲧⲁⲕⲱⲟⲩ. ⲛⲉⲙ ⲡⲓ-
ϩⲩⲅⲟⲩⲙⲉⲛⲟⲥ ⲉⲑⲛⲏⲟⲩ. ⲟⲩⲟϩ ⲉⲩ-
ⲉ̀ϭⲉⲧϭⲱⲧⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲕⲁⲧⲁⲕⲗⲓⲥ-
ⲙⲟⲥ ϣⲁ ⲡϫⲱⲕ ⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲉⲙⲟⲥ ⲉ-
ϥϣⲁⲧ ⲉⲃⲟⲗ ϥⲛ̀ⲁⲑⲱϣ ⲛ̀ϩⲁⲛ-
ⲧⲁⲕⲟ.

27. Ϥⲛⲁϯϫⲟⲙ ⲛⲟⲩⲇⲓⲁⲑⲏⲕⲏ
ⲛ̀ϩⲁⲛⲙⲏⲛϣ ⲛⲟⲩⲉⲃⲇⲟⲙⲁⲥ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ·

hebdomades erit reditus, ut aedificetur platea, & murus, & evacuentur tempora.

26. Erit poſt ſeptuaginta duas hebdomadas interitus Unſti (unſtionis), & non erit iudicium in ea (urbe). Urbs & ſanſtuarium exſcindetur & dux futurus: & concidentur in diluvio uſque ad finem belli, conſtitutam terminum devaſtationis.

27. Praevalebit foedus multitudinum hebdomade una. & in media hebdomade ceſſabunt altaria, & ſacrificia

ⲉⲧϩⲓⲃⲟⲗ ⲛ̄ⲧⲉⲛⲉⲟⲩⲟ̀ⲉⲓϣ ϣⲱⲡⲉ
ⲉⲩϣⲟⲩⲉⲓⲧ.

26. Ⲙⲛ̄ ⲛ̄ⲥⲁ ⲧⲥⲉⲥ̀ⲛⲟⲟⲩⲥⲉ ⲇⲉ-
ⲛϩⲉⲃⲇⲱⲙⲁⲥ. ⲥⲉⲛⲁⲃⲱⲧⲉ ⲉⲃⲟⲗ
ⲙⲡⲧⲱϩⲥ ⲛⲧⲉⲡ̀ϩⲁⲡ ϣⲱⲡⲉ ⲛⲁ̀ϥ
ⲉⲩⲡⲉⲧϣⲟⲩⲉⲓⲧ ⲁⲛ. ⲧⲡⲟⲗⲓⲥ ⲇⲉ
ⲙ̀ⲛ̀ ⲡⲡⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ϥⲛⲁⲧⲁⲕⲟⲟⲩ.
ⲙ̀ⲛ ⲡϩⲩⲅⲟⲩⲙⲉⲛⲟⲥ ⲉⲧⲛⲏⲛ ⲛ̀ϥϣⲁ
ⲁⲧⲟⲩ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲕⲁⲧⲁⲕⲗⲩⲥⲙⲟⲥ ⲛϥ
ⲕⲱⲙ̀ⲙⲟⲩ ϣⲁ ⲡϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲙⲡ-
ⲡⲟⲗⲉⲙⲟⲥ. Ⲉⲩⲧⲏϣ ϩⲣⲁⲓ ϩⲛ̀
ϩⲉⲛⲧⲁⲕⲟ.

27. Ⲟⲩϩⲉⲃⲇⲱ̀ⲙⲁⲥ· ⲁⲩⲱ̀ ⲧ-
ⲡⲁϣⲉ ⲛ̀ⲑⲉⲃⲇⲱⲙⲁⲥ ⲛϥⲧⲁⲗϭⲟⲛ

hebdomades : & revertetur , & aedificabitur platea & murus , & evacuabuntur tempora .

26. Et post sexaginta duas hebdomades exscindetur unctus (unctio) : iudicium erit illi vanum . Urbs autem & sanctuarium exscindetur , & dux futurus : & deficient in diluvio permanente usque ad finem belli statutum in devastationibus .

27. Hebdomas . Et in media hebdomade cessabunt altare & sacrificium alae (templi) ex devastatione ,

ⲟⲩⲟϩ ϧⲉⲛ ⲧⲫⲁϣⲓ ⲛⲟⲩⲉⲃⲇⲟⲙⲁⲥ
ϥⲛⲁⲑⲣⲉ̄ ϩⲓⲛ ⲙⲁⲛⲉⲣϣⲱⲟⲩϣⲓ——
ⲕⲏⲛ. ⲛⲉⲙ ϩⲁⲛϣⲟⲩϣⲱ̀ⲟⲩϣⲓ. ⲛⲉⲙ
ⲟⲩⲱ̀ⲧⲉⲛ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲁⲟⲩⲧⲁⲕⲟ. ⲟⲩⲟϩ
ϣⲁϥϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲥⲡⲟⲧⲏ.
ⲟⲩⲟϩ ϥⲛⲁⲑⲱϣ ⲉϫⲉⲛ ⲟⲩⲧⲁⲕⲟ:
ⲉϥⲉϯϫⲟⲙ ⲛ̀ⲟⲩⲇⲓⲁⲑⲏⲕⲏ ⲛ̀ϩⲁⲛ-
ⲙⲏϣ ⲛⲟⲩⲉⲃⲇⲟⲙⲁⲥ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ. ⲟⲩⲟϩ
ϧⲉⲛ ⲧⲫⲁϣⲓ ⲇⲉ ⲛ̀ϯⲉⲃⲇⲟⲙⲁⲥ ⲥⲉ-
ⲛⲁⲱⲗⲓ ⲛⲟⲩϣⲟⲩϣⲱⲟⲩϣⲓ ⲛⲉⲙ ⲟ-
ⲩⲱⲧⲉⲛ ⲉⲃⲟⲗ· ⲟⲩⲟϩ ⲉϫⲉⲛ ⲡⲓⲉⲣⲫⲉⲓ
ⲟⲩⲥⲱϥ ⲛ̀ⲧⲉⲟⲩϣⲱϥ. ϣⲁ ⲡ̀ϫⲱⲕ
ⲛ̀ⲧⲉⲟⲩⲥⲏⲟⲩ ⲉϥⲉϯ ⲛ̀ⲟⲩϫⲱⲕ ⲛ̀ⲧⲉ-
ⲡⲓϫⲓⲛϣⲱϥ.

& libatio ex (propter) perditione. & uſque ad conſumationem & extinctionem : Et ſtatuetur ſuper perditionem. Et praevalebit foedus multitudinum hebdomade una. & in media hebdomade aufferetur ſacrificium & libatio, & in templo abominatio delolationis. uſque ad plenitudinem temporis dabitur plenitudo deſolationis,

ⲛⲉⲑⲩⲥⲓⲁ̀ⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲙⲛ ⲧⲉⲑⲩⲥⲓⲁ:
ⲛⲩⲉⲡⲉⲡⲧⲉⲣⲩ̂ⲅⲓⲟⲛ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ̀ⲡ//
ⲧⲁⲕⲟ ⲛϥⲕⲱⲙⲙⲟⲟⲩ ϣⲁ ⲉϩⲣⲁⲓ
ⲉⲩⲥⲩⲛⲧⲉⲗⲓⲁ ⲙⲡⲉϥⲧⲟⲣⲧⲣ̀ ⲉϩ//
ⲣⲁⲓ ⲉϫⲛ ⲟⲩⲧⲁⲕⲟ. Ⲁⲩⲱ ϥⲛⲁϯ
ⲛ̀ⲧⲇⲓⲁⲑⲏⲕⲏ ⲛ̀ϩⲁϩ. Ⲟⲩϩⲉⲃⲇⲱ//
ⲙⲁⲥ. ⲁⲩⲱ ϩⲙ̀ ⲧⲡⲁϫⲉ ⲛⲑⲉⲃⲇⲱ//
ⲙⲁⲥ ⲥⲉⲛⲁϥⲉⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲑⲩⲥⲓⲁ ⲙ̀ⲛ ⲡⲟ//
ⲩⲱ̀ⲧⲛ̀ ⲉ̀ⲃⲟⲗ. ⲛⲧⲉ ⲧⲃⲟⲧⲉ ⲙ̀ⲡ//
ϣⲱϥ ϣⲱⲡⲉ ϩⲓϫⲙ ⲡ̂ⲣⲡⲉ ϣⲁ ⲉϩ//
ⲣⲁⲓ ⲉⲡϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲙⲡⲉⲩⲟⲉⲓϣ. ⲛ//
ⲥⲉϯ` ⲛⲟⲩⲃⲟⲧⲉ ⲙ̀ⲡϣⲱϥ.

quae permanebit usque ad co nsumationem conturbationis super devastationem : & praevalebit foedus una hebdomade. Et in media hebdomade transibit sacrificium & libatio . Abominatio interitus erit super templum: usque ad plenitudinem temporis dabitur interitus devastationis.

F SCHO-

SCHOLIA.

In ſcholiis ad utrumque textum conſcribendis eam ſecutus ſum legem, ut illa ſolum paucis illuſtranda mihi ſumerem, quae aut linguae copticae novi quid incrementi afferre mihi viſa ſint, aut characteres ſiſterent, ex quibus indoles verſionum copticarum, & textuum graecorum, quos ſecutae ſint iſtae, facile perſpici queat. Novi enim, me paucis admodum hominibus, qui ſtudio coptico delectantur, atque illa omnia, quae in vocabulariis & gramatticis iam tradita ſunt, in recenti habent memoria, ſcribere. Novi quoque, me paucis abhinc menſibus antiquitatis copticae plane ignarum, variiſque praeterea ſtudiis diſtractum, linguam difficillimam haud ita callere potuiſſe, ut alios, quibus maior cum litteris copticis eſſet conſuetudo, docerem. Quam ob rem eo imprimis ſtudui, ut utrumque textum, quo accuratius fieri potuerit, exhiberem, verſiones latinas prope verbales conficerem, variantes lectiones copticas inter ſe, & cum celeberrimis tribus editionibus Danielis graecis, Theodotionis quippe vaticana & alexandrina, atque priſca LXX. ſenum interpretatione ex codice chiſiano edita, ſedulo conferrem. Omnia praeterea cum textu hebraico contuli; editionum, aldinae & complutenſis varias lectiones paſſim notavi, neque noviſſimam Danielis interpretationem graecam, quae, cum dudum in bibliotheca D. Marci Venetiis latuiſſet, a clar. Villoiſonio typis denique Argentorati 1784. una cum aliis nonnullis V. T. libris edita eſt, prorſus neglexi: Quam quidem, licet inter ſeptem antiquas Sacri Codicis verſiones graecas SS. Patribus cognitas atque laudatas haud eſſe referendam perſuaſum mihi ſit, cum tamen textum hebraicum ſumma fidelitate expreſſerit, & praeterea, cui ſit tribuenda ſaeculo, hacte-

hactenus non sit definitum, in scholiis conficiendis consulendam quoque esse iudicavi.

Ϯϩⲟⲣⲁⲥⲓⲥ ⲙ̀ⲙⲁϩ Ⲓ. Memph.

Ϯⲙⲉϩⲙⲏⲧⲉⲛ ϩⲟⲣⲁⲥⲓⲥ : Sahid.

Visio decima.

In praefationis §.VI. notatum iam est, utramque versionem Danielis copticam in visiones distinctam fuisse, quarum, sicut in Daniele memphitico habebatur, integrum ordinem exhibet ms. in bibliotheca angelica de Urbe: ita enim se habet.

VISIO I. Historia Susannae, Danieli praemissa.
II. Cap. Danielis, prout in editionibus habetur, primum.
III. Cap. II,
IV. Cap. III. Cui inseruntur hymni trium puerorum in fornace ardenti, usque ad vers. 97.
V. Cap. III. 98. versui 31. Theodotionis respondens, usque ad finem cap. VI.
VI. Cap. VII. 1. 29.
VII. Cap. V. 30. usque ad finem cap. VI.
VIII. Cap. VII.
IX. Cap. VIII.
X. Cap. IX.
XI. Capita X. XI. XII.
XII. Continet historiam Beli.
XIII. Historia draconis, & Danielis in lacu leonum ab Habacuc propheta cibati.

Codicem alexandrinum in easdem prope sectiones, ὁρασεις quoque dictas, Danielem suum distinxisse superioribus monuimus: incipit enim ab historia Susannae; quam ob rem caput Danielis primum ὁρασις B.' dicitur. eandem quoque in aliis codicibus fuisse inscriptionem, monent scholia codicis vaticani: divisionum autem codicis alexandrini integrum ordinem, quem editio, qua usus sum, Lamb. Bosii habet, quo melius cum ordine

ne verſionis memphiticae conferri poſſit, notare placet. ὅρας. B.' cap.I. ὅρ. Γ.' cap.II. ὅρ. Δ.' cap.III. I 30. ὅρ.E.' cap.III. 31. fin. cap.IV. ὅρ.' ϛ.' cap.V. I 29. ὅρ. Z. cap.V. 30. fin. cap. IV. ὅρ. H.' cap. VIII. ὅρ. Θ.' cap.VIII. ὅρ. I. cap.IX. ὅρ.' IA.' cap.X. XI. XII.

Sectionum in verſione ſahidica ordo, cum non niſi unicum ſervatum nobis ſit fragmentum, certo quidem definiri nequit, ex illo tamen, qui capiti nono praefigitur, titulo, = *viſio decima* = quem verſio memphitica quoque habet, probabile fit, utramque verſionem in eaſdem ſectiones diſtinctam fuiſſe. licet enim in eccleſia aegyptiaca duae extiterint verſiones, ordinem tamen liturgicum, atque lectionum, in publico coetu recitandarum, ad quem diſtinctio in viſiones procul dubio reſpicit, in omnibus Aegypti Eccleſiis eundem fuiſſe, ex ſe patere videtur.

ⲦⲘⲈϨⲘⲎⲦⲈⲚ ϨⲞⲢⲀⲤⲒⲤ Sahid. *Viſio decima*. Vox ex memphitica dialecto illuſtranda; eſt enim ⲙⲏⲧ, ⲙⲏϯ *decem*: ex quo factum eſt ⲙⲏⲧⲉⲛ. Syllaba autem quae praecedit, ⲙⲉϩ̇ propoſito eſt ante res numeratas, ut ⲙ̇ⲙⲁϩ memphit. In parte ſahidica lexici Lacroſiani habetur abbreviatio ⲙⲏ̄ⲧ ⲙⲏⲧⲉⲛ.

Verſ. I. Conſonat uterque interpres copticus cum textu hebraico & cum editionibus Theodotionis. Attamen LXX. habet Δαρείȣ τȣ̃ Ξέρξȣ, ex antiqua ſuppoſitione, Ahaſverum Danielis fuiſſe Aſtyagem, de quo loquitur Xenophon in Cyropaedia.

ϢⲞⲢⲠⲈ. Sahid. idem quod ϨⲞⲨⲒⲦ Memph., initium rei; numerumque uncialem indicat.

ⲠⲀⲒⲚ̄ⲦⲀϤ Ⲣ̄ⲢⲞ Sahid., *qui regnavit*, pro-

proprie, *qui se regem fecit*, primum enim ⲣ̅ abbreviatio verbi ⲉⲣ *facere* esse videtur.

Vers. 2. ϧⲉⲛ ⲟⲩⲣⲟⲙⲡⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ ⲛ̀-ⲧⲉⲧⲉϥⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ, *in anno primo regni eius*, interpres memphiticus vero textum hebraicum בשנת אחת למלכו fideliter expressit; quae quoque in cod. alex. versione των Ο', & versione veneta, superioribus laudata, habentur. Versio vero sahidica codicis vaticani amplexa est lectionem, qui primas hasce voces versum a commate secundo, εγω Δανιηλ incipiens, omittit.

ϧⲉⲛ ⲡⲓϫⲱⲙ: Memph. *in libro*, singularem habet. Accuratius versio sahidica textum hebraicum expressit בספרים: habet enim pluralem ϩⲛ̀ ⲛϫⲱⲱⲙⲉ, *in libris*, ita quoque Graeci.

Sequentia verba versionis memph. ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲁⲣⲓ-ⲑⲙⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲣⲟⲙⲡⲓ, an vertenda sint *numerorum annorum*, aut *numerum annorum*, ex syntaxi eorum haud constat; videtur tamen sensus & interpretatio facilior oriri, si cum ⲡϫⲱⲙ iunguntur. ita ed. aldina. Versio sahid. refert verba *numerum annorum* ad verbum praecedens ⲁⲉⲓⲕ, *incellexi*. Notandum quoque est, textum hebraicum, ceterasque editiones graecas heic *numerum* in singulari habere.

ⲫⲏⲉⲧ ⲁϥϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲥⲁϫⲓ ⲛ̀ⲧⲉ-ⲡⲟ̅ⲥ̅. Memph., *qui* (*liber*) *fuit sermo Domini*;

ita

ita hebr. & Theod. οἱ Ο' vero, οτε εγενετο προσταγμα τη γη. Veneta: εἰς (ετεσι) ετελεσε λογος τȣ οντωτȣ. Sola ſahidica binas haſce voces ⲫⲏⲉⲧ ⲁϥϣⲱⲡⲉ omittit, verbaque ⲙⲡϫⲁϫⲉ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ *verbum Domini*, previis, *numerum annorum*, iungit.

ⲉ̀ⲡϫⲱⲕ ⲙ̀ⲡϫⲁⲓϥ Memph. ⲉⲡϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡϣⲱϥ S. *ad complendum devaſtationem*, ita hebr. & Theod. Diverſam ab hiſce habet lectionem LXXvir. quae εγειρας εις αναπληρωσιν ονειδισμȣ Ἰερȣσ. legit; alteram porro Veneta: ὡς πληρωθειεν ταις ερημωσεσιν Ἱερȣσαλημης.

*Verſ.*3. Connectit S. verſum hunc particula ⲁⲩⲱ cum antecedente ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲧⲱⲃϩ: M. Deeſt in S. οἱ Ο.' Ἑυρειν προσευχην και δεησιν. Theod. Εζητησαι προσευχην και δεησιν; ita quoque Coptici.

Voces ſah. ⲥⲟⲛⲥ & ϭⲟⲟⲩⲛⲉ in vocabulariis haud occurrunt, neque in M. habentur voces ſoni cuiuſdam ſimilis, praeter ⲥⲱⲛⲓ *limbus veſtis*, (a quo tamen ſignificatio vocis ſahidicae derivari poteſt), & ϣⲟⲩ, ϣⲟⲩⲱⲟⲩ, ϣⲟⲩⲓⲉ, *ſiccus*, *aridus*, ex quo ϭⲟⲟⲩⲛⲉ *cinis*; melius enim convenit haec etymologia *cineri*, quam *ſacco*.

ⲟⲩ ⲥⲟⲕ M. deeſt in S. Cod. vat. omittit και σποδω, eſt vero in cod. alexandrino, quem interpres memphiticus fideliter expreſſit.

*Verſ.*4.

*Verſ.*4. ⲟⲩⲟϩ ⲁⲓⲕⲱϯ M. deeſt in Graecis & in S.

ⲛⲟϭ S. idem quod ⲛⲓϣϯ M. *magnus*.

*Verſ.*5. Ordo verborum in utraque verſione eſt idem ac in LXXvir. Ἡμαρτομεν, ηδικησαμεν, ησηβησαμεν και απεςημεν και παρεβημεν τας εντολας σου, και τα κριματα σου. Omittunt tamen ultimum verbum סור, quod Al. Vat. & Ven. habent.

ⲁⲛⲥⲁϩⲱⲱⲛ. S. in Lexico haud occurrit: compoſita eſſe videtur vox ex praefixo *a* actionem praeteritam indicante, ⲛⲥⲁ *poſt*, & ϩⲱⲱⲛ, *nos quoque*, idemque eſt, ac ⲁⲛϩⲉⲛⲉⲛ, M. a rad. ϩⲉⲛ *diſcedere*.

Verſ.6. ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ M. in nomine tuo *ſancto*, abſque ulla auctoritate; cum in Heb.Gr.&S.non habeatur.

Veeſ 7. ⲉⲥϣⲟⲟⲡ S. additur, quaſi, iuſtitia *manet* tibi.

ⲛⲉⲧϩⲏⲛ ⲉϩⲟⲩⲛ. S. *qui prope ſunt intra*.

ⲉϩⲟⲩⲛ S. pro ⲉϧⲟⲩⲛ M. facile enim ϧ M. vertitur in ϩ S.

ⲙⲛ ⲛⲉⲧⲉ ⲙⲛⲟⲩ. S. *& qui non ſunt* (*prope*). Phraſem memphiticam ⲛⲏⲉⲑⲟⲩⲏⲟⲩ, *qui diſtantes ſunt*, circumſcribit.

ⲛϩⲏⲧⲕ ⲡⲟ̅ⲥ̅ M. ⲛϩⲏⲧⲕ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ S. in codicibus verſ.7., contra auctoritatem textus hebr. & ver-

& versionum graecarum adiungitur ; quae tamen differentia sensui parum nocet.

ϧⲉⲛ ⲧⲟⲩⲙⲉⲧⲁⲧⲥⲱⲧⲉⲙ. M. *in inobedientia sua*, refertur ad Israelem.

LXX. εν τη πλημμελεια ἧ επλημμελησαν εναντιον σου. cui Coptici propius accedunt, quam Theodotioni, qui εν αθεσια αυτων ἧ εθετησαν. ⲁⲛⲟⲕ pro ⲁⲛⲟⲛ saepe in plurali dicitur, interdum quoque in secunda persona usurpatur : praepositio ϧⲁ M. frequens est, ubi Coptus de se ipso loquitur.

Vers.9. ⲛⲟ̄ⲥ̄ M. & cod. al. in S. vero & rel. deest. uterque Copticus porro habet ⲥⲁⲃⲟⲗ ⲙⲙⲟⲕ & ⲉⲃⲟⲗ ⲙⲙⲟⲕ *contra te*; licet textus hebr. habeat tertiam personam, quem Ven. sequitur. Theodotion. οτι απεϛημεν. LXX. cum copticis concordat, habet enim, οτι απεϛημεν απο σου.

Vers.10. Eadem est Copticorum lectio, quae Hebr. & Theodot. LXX. vero habens ᾧ εδωκας ενωπιον Μωση και ημων.

Vers.11. Omittit sahid. verba ⲁⲩⲣⲓⲕⲓ ⲥⲁ// ⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲉⲛⲧⲟⲗⲏ a M. absque ulla textuum tum hebraici, tum graecorum auctoritate, expressa.

Vers.12. ⲕⲁⲧⲁⲛⲓⲉⲧ ⲁⲩϣⲱⲡⲓ memph. ⲕⲁⲧⲁⲛⲉⲛⲧ ⲁⲩϣⲱⲡⲉ S. unicus codex alexandr. habet Κατὰ τα γεγραμμενα.

Vers.13. ϩⲓⲫⲛⲟⲙⲟⲥ M. ϩⲙ̀ⲡⲛⲟⲙⲟⲥ S. omnes vertunt εν νομω praeter Septuag. quae habet ἐν διαθηκη Μωση.

ϧⲉⲛ

ϧⲉⲛ ⲙⲉⲑⲙⲏⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲃⲉⲛ M. ⲉⲙ̀ⲙⲉⲛⲓⲙ S. Hebr. Theod. habent εν αληθεια σου, addit LXX. κυριε. Singularem habet M., pluralem vero S.

Verf. 14. ⲁϥⲣⲱⲓⲥ Memphit. vigiliam fecit. ϯϩⲧⲏϥ S. in Lexico haud occurrit. Memphitice ϩⲑⲏϥ est extremitas alicuius rei, το ακρον Luc. XVI. 24. Hebr. XI. 21. inde forte derivandum ϯϩⲧⲏϥ Sahid. excubias agere, vigilare: littera ⲁ cum qua incipit prima versiculi vox ⲁⲛⲝⲟⲉⲓⲥ, sensum praeteriti habens, ad ϯϩⲧⲏϥ reducenda erit.

Addit S. ⲡⲉⲛⲛⲟⲩⲧⲉ, quod in M. deest, ut in Hebr. in cod. vat., & editione cod. veneti. Alexandrina contra haber κυριος ο θεος ἡμων.

ⲉϫⲉⲛⲙⲡⲉⲧϩⲱⲟⲛ M. *super mala nostra.* Sahid. ⲉϫⲉⲛⲧⲉⲛⲕⲁⲕⲓⲁ. vertendum videtur; *super malitiam nostram.* Verba haec omittit cod. vatic. Venetus text. Hebr. LXX. & alex. habent επι την κακιαν: non vero sunt nisi singuli codices graeci, qui sicut Copti ημων addunt.

ⲁϥⲉⲛⲟⲩ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲱⲛ *duxit illa super nos*, vel, *quae adduxit super nos* M. ita omnes, praeter sahidicam, quae habet, *duxit illam super creaturam omnem quam fecit*, omittit deinde S. integrum comma, *nam iustus est Dominus Deus noster*, quod ubique in Hebraicis & omnibus Graecis habetur.

ⲡⲉϥⲑⲁⲙⲓⲟ M. ⲛⲉϥϩⲃⲏⲩⲉ S. מעשיו, ita

ita reliqui praeter τους LXX. qui επι παντα habent, כל tantum legentes.

Verf. 15. In memphitica verfione deeft ביד חזקה, εν χειρι κραταια, ita Theod. & Venetus, qui pronomen σου addit. Theodotionem, & textum hebr. vero fequitur Sahid. ϩⲣⲁⲓ ⲛ̀ⲟⲩϭⲓϫ ⲉⲥϫⲟⲟⲣ *per manum fortem*.

Verf. 15. ⲛⲉⲕⲙⲛ̀ⲧⲛⲁ S. *mifericordia tua*, idem quod ⲙⲉⲑⲛⲁⲏⲧ M. more tantum fahidico mutilatum & abbreviationibus litterarum fcriptum: pluralem habet fahidica, fingularem vero memphitica verfio.

ϭⲱⲛⲧ vox fahidica, idem quod ϫⲱⲛⲧ, οργη memph.

ⲧⲉⲕⲑⲁⲙ deeft in fahidica, Hebr. & Graeci habent *& populum tuum* ירושלים ועמך.

ⲁⲩϣⲱⲕⲉ S. perfoffus eft: occurrit in hoc fenfu Marc. II. 4. memph., neque alia eius fignificatio loco huic accommodari poteft.

Verf. 17. Concordant verfiones cum Theodotione, & textu hebraico. Vertunt tantum מקדשך a Theodotione το αγιασμα σου redditum.

ⲡⲉⲕⲙⲁ ⲉⲑⲟⲩⲁⲁⲃ *locum tuum fanctum, vel fanctuarium*. Similiter quoque vertit Venetus. Omittunt vero omnes ultimam ⲡⲁⲛ̀ⲟⲩⲧⲉ, quod in S. eft. Maior autem eft differentia interpretationis τωνLXX. qui ultimam verfus partem, ita vertunt: και επιβλεψατω το προσωπον σου επι το ορος το ἁγιον σου το ἐρημον ενεκεν των δουλων σου Δεσποτα.

ⲉⲧⲟ//

ⲉⲧⲟⲛϫⲁⲓⲉ S. vox nova, cuius tamen sensus ex textu hebraico & versionibus facile patet: idem enim significare debet ac ⲫⲁⲓⲉⲧϣⲏϥ M. *Qui devastatus est* (a rad. ϣⲏϥ, ερημουν *desolare*, ut Ps. LXVIII. 25. a qua derivatur quoque ϣⲁϥ *desolatio*, & ϣⲁϥⲉ *desertum*.) Hae vero radices voci nostrae nihil faciunt, neque aliam vocem memphiticam invenire potui, ex qua sahidica haec illustrari queat, quam ϫⲁⲓⲱⲟⲩ *turpis*, &, ut Dan. I. 10. occurrit, σκυθρωπος *tristis*. Inde ϫⲁⲓ vel ϫⲁⲓⲉ S. *desolatio*, *devastatio*; qua de etymologia, an probabilis sit, iudicent lectores.

*Vers.*18. Textum hebraicum fideliter repetit versio memphitica, תחנונינו *supplicationes nostras* tantum ⲛⲛⲉⲛⲙⲉⲧϣⲉⲛϩⲏⲧ *miserationem nostram*, vertit: ultimumque ⲛⲟ̄ⲥ̄ ab initio versus 19. ad hunc transtulit.

Cod. vatic. habet τους οφθαλμους σου, & εφ ἧς επικεκληται το ονομα σου επ αυτης: habet quoque pluralem in ταις δικαιοσυναις: ultimum κυριε huic quoque versui addit. Easdem habet lectiones cod. venetus, omisso tamen ultimo κυριε. Versio septuag. versum hunc alium in modum claudit αλλα δια το σου ελεος κυριε συ ιλατευσον. Sahidica omittit primum ⲡⲁⲛⲟⲩⲧⲉ, addit ⲛⲙⲡⲧⲁⲕⲟ praeviis ⲛⲁⲧⲉⲛⲉⲛⲧⲁ// ⲕⲟ.

ϪⲈ

ϫⲉ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲁⲛⲉϫⲛ̀ ⲛⲉⲛⲇⲓⲕⲁⲓⲟⲥⲩ// ⲛⲏ ⲁⲛⲟⲛ ⲉⲛⲁⲛⲟⲩϫⲉ ⲛ̀ⲛⲉⲛ ⲙ̀ⲛⲧ// ϣⲉⲛⲉϩⲧⲏϥ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲉⲙⲧⲟ ⲉⲃⲟⲗ.

S. constructio verborum difficilis est in initio commatis: ita enim ordo naturalis esse debet: ϫⲉ ⲁⲛⲟⲛ ⲁⲛ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫⲟⲩ &c.

ⲈⲚⲀⲚⲞⲨϪⲈ S. vox nova, nisi illi similis indicanda erit, quae in memphitica occurrit ⲛⲟϫϭ *ραντιζειν*, *aspergere*, ex qua vox ⲛⲟⲩϫϭ *aspersio* derivatur. Auctoritate R. P. Augustini Georgii confisus, verbo *effundimus* usus sum.

*Vers.*19. Sequitur utraque versio textum hebraicum, addit tamen in fine versus ⲡⲓⲏ̄ⲗ, quod additamentum in Graecis soli LXX. habent, qui quoque verbis την πολιν σου, Σιων iungunt.

*Vers.*20. Textum hebraicum versio sahidica cum versionibus graecis consona, fideliter exprimit: ὁι LXX. soli habent και δεομενος εν ταις προσέυχαις. Memphitica contra integrum primum comma versus 20. omittit, usque ad verba ⲟⲩⲟϩ ⲁⲓⲃⲟⲣⲃⲉⲣ: Quam vero lectionem secuta sit, equidem haud diiudicaverim.

*Vers.*22. Habet sahidica loco τȣ ⲁϥⲧⲟⲩⲛⲟⲓⲧ *suscitavit*, ⲁϥⲧⲁⲙⲟⲓ *annunciavit*: omittit ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲑⲣⲓⲕⲁϯ, *& fecit intelligere*, addit quoque S. ⲛⲧⲁⲓ post ⲧⲉⲛⲟⲩ.

ⲉⲟⲩ//

ⲉⲟⲩⲕⲁϯ M. *ad intelligentiam*, ⲉⲧ ⲙⲛ̀ ⲧⲣⲉⲙⲛ̀ϩⲏⲧ S. *& facere te intelligere*: quae tamen diversitas pauci admodum est momenti: textus hebraicus habet ויבן וידבר עמי: ita quoque Theodot. LXX. vero και προσηλθε.

Vers. 23. Versiones copticæ habent ανηρ ante επιθυμιων, uti Theod. Hebr. omittit איש. LXX. vero ab Hebr. Theodot. plurimum discrepat; ita enim interpretatus est: ὅτι ελεινος ει και διανοηθητι το προςαγμα.

ⲁⲛⲟⲕ ϩⲱ *ego quoque* ϩⲱ vel ϩⲱⲱ: S. *ego quoque*: pleonasticum igitur est ⲁⲛⲟⲕ: quod tamen pronomen ubique in Copticis occurrit.

ⲙⲉⲕⲙⲟⲩⲕ S. idem quod ⲙⲟⲕⲙⲉⲕ M. λογιζεσθαι, *meditari*;

ⲁⲣⲓⲛⲟⲓⲛ M. verbum in vocabularii haud obvium, cuius tamen etymologia facile indagari potest: compositum enim est ex ⲉⲣ seu ⲁⲣⲓ facere, & ⲛⲟⲓ, S. ⲛⲟⲓⲛ cogitare, ex quo forte Graecorum νοειν & νους originem duxit.

Vers. 24. ϣⲃⲉ S. aliud fragm. Borgianum, pericopen lectionis a vers. 23. exhibens, habet ϣϥⲉ: quae tamen differentia non est notabilis.

ⲁⲩⲧⲟϣⲟⲩ S. *statutæ sunt*: vox nova, ex memph. dialecto facile cognoscenda: est enim ⲑⲱϣ (ⲛⲓ) *terminus*, ὁριον, verbumque ex iisdem litteris compositum, inter alias significationes plus minus differentes, est quoque ὁριζειν, *statuere*, & διαςελλειν *discer-*

discernere; Sic habetur in Psalmis & in liturgia S.Basilii & vid. Scholzii Lex. Lacrozian. p.26.

Eundem textum in hoc versiculo secuta est utraque versio : brevior tamen & strictior esse videtur Sahidica : omittit enim plurimas particulas copulativas.

ⲛϭⲉ ⲥⲫⲣⲁⲅⲓⲍⲉⲛ ⲛⲉⲛⲛⲟⲃⲉ S. ⲥⲫ//ⲣⲁⲅⲓⲍⲉ formam habet nominis, praevio articulo ⲛϭⲉ, pro ⲛϭⲓ, quo S. pro ⲛϫⲉ M. utuntur: subintelligitur itaque aut verbum ⲉⲣ, aut ϫⲓⲛ (ⲛⲓ M. seu ϣⲓⲛⲉ sahid. sensum actionis vocibus quibus plerumque iungitur imponens : fragm. Borgianum habet ⲛϭⲉ ⲥⲫⲣⲁⲅⲓⲍⲉ.

ⲛϩⲁⲛⲛⲟⲃⲓ ⲛϩⲁⲛϭⲓⲛϫⲟⲛⲥ M. pluralem habent ut quoque S. Graeci vero & textus hebr. singulari heic utuntur.

ⲛⲉⲛⲧⲇⲓⲕⲁⲓⲟⲥⲩⲛⲏ *Iustitiam nostram*, Omnes Graeci habent *δικαιοσυνην*: ad reddendum צדק Hebr. Solus interpres memphiticus ⲛⲟⲩⲇⲓⲁ//ⲑⲏⲕⲏ habet, sensum metaphoricum voci hebr. tribuens. Neque addit ⲉⲛⲉⲛ *nostram*, ut S.

ⲉⲃⲱⲧⲉ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲛϫⲓⲛϭⲟⲛⲥ, *expiare praevaricationes nostras*: alterum fragm. Borgianum post verba haec habet: ⲁⲩⲱ ⲉⲧⲃⲉ ⲛ̀ⲛⲛϫⲓⲛϭⲟⲛⲥ *& propter peccata nostra*; quod additamentum, unde haustum sit, cum neque in textu hebr. nec in Graecis habeatur, ignoro.

Theodotion parum a Copticis differt, habet enim

συν-

συνετμηθησην : cod. alexandrinus poſt *λαον σου*, habet *Ισραηλ*, & poſt *πολιν την αγιαν* habet *σου*.

Loco *σφραγισαι αμαρτιας*, habet *σφραγισαι ορασιν ἁμαρτιας*: Ultimas verſus voces *ἁγιον ἁγιων* Aquila *ἡγιασμενον ἡγιασμενων* interpretatus eſt, quaſi non ad ſanctuarium, ſed ad perſonam ſanctam, ducem futurum reſpiciens. Similem forſe interpres S. habuit opinionem, qui ⲛ̀ⲛⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ſcripſit, quod loco ⲉⲛⲉⲛⲉ// ⲧⲟⲩⲁⲁⲃ eſſe poteſt.

Septuaginta demum interpretes in initio capitis habent ⲉⲕⲣⲓⲑⲏⲥⲁⲛ: quod cum ⲁⲩⲧⲟϣⲟⲩ S. convenit poſt *την πολιν*, addunt *Σιων*, *συντελεσθηναι την ἁμαρτιαν και τας αδικιας σπανισαι* (ut deficiant, rariora reddantur.) *και απαλειψαι τας αδικιας, και διανοηθηναι τα ὁραματα και προφητην, και ευφραναι ἁγιων ἁγιων*.

*Verſ.*25. ⲛ̀ⲅⲛⲟⲓ, *& intelliges*. ⲛ̀ⲅ coniunctio ſahidice pro ⲁⲩⲱ. ⲛⲟⲓ *cogitare*, idem verbum, de quo ad ver.23, diximus.

ϫⲓⲛⲛⲡⲓ S. pro ⲡϫⲓⲛⲉ, ⲡⲓ enim articulus maſculinus eſſe videtur ex inſolentiori forma voci ſuffixus.

ⲥⲁ ϣϥⲉ S. ⲥⲁ particula ante numeros ſaepe poſita.

Z ⲛ̀ⲉⲃⲇⲟⲙⲁⲥ M. ita Textus Hebr. שבעה שבעים: Theod. & verſo Veneta: Sahid. contra habet ⲥⲁ ⲥϥⲉ ⲛ̀ϩⲉⲃⲇⲟⲙⲁⲥ: *Septuaginta hebdomades*, ex errore forte Librarii. qui verſu 26. ſimilem quoque errorem commiſiſſe videtur. Numerum enim,

enim, in loco tanti momenti, abſque auctoritate mutare haud potuiſſet.

ⲉⲟⲩⲱϣⲃ: S. *promiſſio, reſponſio* ita ⲱϣ: *velle* Memph. ⲉⲡϫⲓⲛⲑⲣⲟⲛⲱ:

Codex venetus eaſdem quas Theodotion ſecutus eſt lectiones, praeter ultima verſus verba, quae quo proprius textui hebraico ובצוק העתים accederet, *εν τη συνωσει των καιρων* vertit.

Omnium autem ſingulariſſima eſt verſio LXXvir. quae in ultimis hiſce tribus verſibus longe alium textum ob oculos habuiſſe videtur, quam reliqui interpretes: ita enim verſ.25. habet: *και γνωση και διανοηθηση, και ευφρανθηση και εὑρησεις προσταγματα αποκριθηναι, και οικοδομησεις Ἱερουσαλημ πολιν κυριω.*

*Verſ.*26. ϯⲟ̄ⲃ M. ⲩⲥⲉⲥⲛⲟⲟⲩⲥⲉ Sahid. ex vitio ſcribae probabiliter irrepſit diverſitas haec numerorum in textum M.

ⲥⲉⲛⲁⲃⲱⲧⲉ ⲉⲃⲟⲗ Sahid. *exſcindetur.* ⲃⲱⲧⲉ S. pro ϥⲱϯ M. a rad. ϥⲱⲧⲉ *ἐξολοθρευειν.* Praefixae ſunt ſyllabae ⲥⲉⲛⲁ, quarum verum ſenſum ignoro; niſi ⲥⲉ eſſet particula in verbis tertiam perſonam indicans, ⲛⲁ vero, *venire*, maiorem verbo activitatem tribueret.

ⲟⲩⲑⲱϩⲥ M. ⲙⲡⲧⲱϩⲥ S. *unctus*, S. *unctio*, utrumque enim ſignificat: praeferenda tamen videtur *unctio*, uti habet Theodotion.

ⲛⲧⲉⲡϩⲁⲡ ϣⲱⲡⲉ ⲛⲁϥ ⲉⲩⲡⲉⲧ-
ϣⲟⲩⲉⲓⲧⲁⲛ S. *& iudicium eſt illi vanum, (nullum);*

lum) ; aliter exponit M. ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲙⲟⲛϩⲁⲡ ϣⲟⲡ ⲛ̀ϧⲣⲏⲓ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ , *& non erit iudicium in eo* : ita quoque Theodotion , καὶ κριμα ουκ εστιν (εσται) εν αυτω . Veneta versio textum hebraicum ad litteram secuta est ואילו , ȣτ εστιν αυτω .

ⲧⲡⲟⲗⲓⲥ ⲇⲉ &c. versiones copticae cum Theodot. consentiunt . Venetus comma hoc cum sequenti connectit : την πολιν δε και το ἁγιον φθερει λεως ἡγουμενου του ερχομενου .

ⲛϥϣⲁⲁⲧⲟⲩ S. a rad. memphit. ϣⲁⲧ , *secare , dividere* : idem quod ϭⲉⲧϭⲱⲧ M.

ⲛⲉⲙ ⲡⲓϩⲏⲅⲟⲩⲙⲉⲛⲟⲥ M. συν τῷ ἡγουμενῳ . Venetus loco עִם legit עָם : inde versio λεως ἡγουμενου .

ⲉⲧⲧⲏϣ S. *constitutum* a rad. ⲑⲁϣ M. *statuere* , τασσειν .

Versionem denique LXXvir. quae longe a reliquis differt , scholiis in hunc versum addere lubet : και μετα ἑπτα και ἑβδομηκοντα και ἑξηκοντα δυο αποσταθησεται χρισμα , και ουκ εσται , και βασιλεια εθνων φθερει την πολιν και το ἁγιον μετα του Χριστου . και ἡξει ἡ συντελεια αυτου μετ᾽ οργης , και ἑως καιρου συντελειας απο πολεμου πολεμηθησηται .

ⲛ̀ϥⲕⲱⲙⲙⲟⲟⲩ S. vox nova , cuius nullam aliam in Lexico invenire potui analogam ; auctoritate R. P. Augustini Georgii hanc vocem cum antecedente verto : *in diluvio permanente* , Deest in Theod. & M.

*Vers.*27. Omnium capitis IX. versuum longe difficillimus . Primis iam in vocibus differunt versiones copticae .

pticae. Primum enim comma M. in fahid. quae tantum fingulam vocem ⲟⲩϩⲉⲃⲇⲟⲙⲁⲥ habet, haud exprimitur. Cum M. textus hebr. Theodotion & cod. venetus conveniunt.

ϥⲛⲁⲑⲣⲉ M. *cessabunt*. Cod. vat. habet αρθησεται additque μου. Cod. alexand. vero cum hebr. convenit: καταπαυσει θυσιαστηριον και θυσιαν. Venetus omittit θυσιαστηριον, quod neque in textu hebraico, neque in codice vaticano habetur. Est vero in utraque coptica.

ⲛⲉⲙ ⲟ'ⲩⲱⲧⲉⲛ M. ומנחה, και σπονδη cod. vat., deest in cod. al. & in S.

ⲛ̀ⲧⲉⲛ̀ⲧⲉⲣⲩⲅⲓⲟⲛ S. ועל כנף, cod. Alex. και εως πτερυγιου: deest in M. cod. ven. habet και επι το ιερον, Sensus autem quem S. expressit ab Hebraicis & Graecis differt: connectitur enim ⲡ̀ⲧⲉⲣⲩⲅⲓⲟⲛ cum antecedentibus nota genitivi ⲛ̀ⲧⲉ, *finis imponetur altari & sacrificio, quae (quod) in ala templi*.

ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ̀ ⲡ̀ⲧⲁⲕⲟ ⲛϥⲕⲱⲙ// ⲙⲟⲟⲩ: S. vid. schol. ad versum 26.

ⲟⲩⲥⲡⲟⲧⲏ: M. vox nova. *exstinctionem* significare docuit me R.P. Aug. Georgius. Hebraicus habet שקוצים משמם: βδελιγμα ερημωσεως: lectio cod. alex. a reliquis graecis lectionibus, ut & ab hebraicis recedit, copticis tamen affinis: habet enim: και εως πτερυγιου απο αφανισμου, και εως συντελειας και σπουδης ταξει επι αφανισμου. Hebraica verba expressit cod. vaticanus. και εως της συντελειας καιρων συντελεια δοθησεται επι την ερημωσιν.

ⲟⲩⲟϩ

ⲟⲩⲟϩ ϥⲛⲁⲑⲱϣ M. ⲁⲩⲱ ϥⲛⲁϯ: ſahid. lectionem codicis alexandrini ſequitur, qui principium verſus repetit: habet hic quoque ſaihd. ⲡⲟⲩⲱⲧⲛ̀ *libatio*, quam vocem in initio verſus omiſerat.

ⲛⲟⲩϫⲱⲕ M. *plenitudo*: S. habet ⲛⲟⲩⲃⲱⲧⲉ *interitus*. Finem denique brevibus hiſce ſcholiis imponet huius verſus interpretatio ſeptuagintaviralis, a reliquis admodum diverſa: *και δυναστευσει ἡ διαθηκη εις πολλους, και παλιν επιστρεψει και δοικομηθησεται εις πλατος και μηκος, και κατα συντελειαν καιρων, Και μετα ἑπτα και ἑβδομηκοντα καιρους και ξβ΄ ετων ἑως καιρων συντελειας πολεμου, και αφαιρεθησεται ἡ ερημωσις εν τω κατισχυσαι την διαθηκην επι πολλας ἑβδομαδας. Και εν τω τελει της ἑβδομαδος αρθησεται ἡ θυσια και ἡ σπονδη, και επι τοἱερον βδελυγμα των ερημωσεων εσται ἑως συντελειας. Και συντελεια δωθησεται επι την ερημωσιν.*

FINIS.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Revmo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici .

Franciscus Xaverius Passari Vicesgerens .

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Maria Mamachius Ord. Prædicatorum, Sac. Palatii Apostolici Magister .

